

39
DISSERTATIO THEOLOGICA,

De

INDOLE

Q^EOPENEY~~Z~~TIA~~Z~~ SCRIPTURÆ SACRÆ,

CUJUS PARTEM PRIOREM,

Conf. Max. Ven. Facult. Theol. in Reg. Acad. Aboënsi
SUB UMBONE,

Viri Maxime Reverendi atque Amplissimi,

D^{N.} D^{OCT.} JACOBI
GADOLIN,

S. S. Theol. DOCT. & PROFESS. Reg. & Ord.

Nec Non

Reg. Acad. Sient. Svec. MEMB.

Publicæ Bonorum disquisitioni modeste desert

ELIAS HORNBORG.

V. D. M.

Die XVI. Decemb. Anni MDCCCLXV.

L. H. A. M. C.

ABOË

Impressit JOHANNES CHRISTOPHORUS FRENCKELL,

PHIL. MELANTHON.

Carnem æternus DEI Sermo induit, ut & nos
Significaret divini sermonis commercio *ἀποθεώσας*.



§. I.



Duo generatim sunt modi, quibus
DEUS se ipsum hominibus revelavit;
alter naturalis, alter supernaturalis.
Revelatio DEI per naturam est o-
mnium hominum, quemadmodum diserte id testatur
Paulus, dum dicit, DEUM manifestasse gentibus no-
tum DEI: quia *invisibilia ipsius a creatione mundi o-*
peribus intellecta perspiciuntur, aeternaque ejus pot-
entia & Deitas Rom. I. 19, 20. Immo idem gen-
tium Doctor, dum id agit, ut cœca idolatria la-
borantes gentiles notitiam veri DEI doceret, ean-
dem hanc viam naturalem ipsis coomonstrat: *ab his*
vanis ut revertamini ad DEUM viventem, qui fecit
cælum & terram & mare, & omnia quæ in illis;
neque sine testimonio se ipsum reliquit, benefaciens, de
cælo nobis pluvias dans, & tempora frugifera, im-
A plens

plens cibo & latitia corda nostra. Actor. XIV. 15, 17.
 (a) Et quidem hæc revelatio per naturam est ex beneficio creationis, quatenus creatura rationalis haber concretam facultatem cognoscendi veritates de DEO. Patet vero ad naturalem hanc revelationem præterea referendum esse, quicquid unquam sensuum ope, nec non ordinario facultatum mentis usu, juxta consuetum naturæ cursum homo cognoscit. Altera Revelatio, quæ supernaturalis dicitur, est ex superaccedente nova gratia divina, qua DEUS, quem-

(a) Quemadmodum gentiles ipsimet de hac re judicaverint, multis ostendi posset. Sufficiat vero unicum adducisse exemplum sequens. Itaque inter omnes, omnium gentium sententia, constat (omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum) esse DEOS. Quales sint, varium est: esse nemo negat. Cieantbes quidem noster quatuor de causis dixit in animis hominum informatas Deorum esse notiones. Primum posuit eam, de qua modo dixi, que orta esset ex praesensione rerum futurarum. Alteram, quam ceperimus ex magnitudine commoderum, que percipiuntur cœli temperatione, saeunditate terrarum, atiarumque commoditatrum complurium copio. Tertiam, qua terroreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbus, nivibus, grandinibus, voritate, pestilentia, terra motibus & sae fremitibus, lapideisque imbribus, & guttis imbruum quasi eruentis: tum lapidibus, aut repentinis terrarum biatibus: tum præter naturam, hominum pecudumque portentis: tum facibus viis cœlestibus: tum stellis iis, quas Graci Cometas, nostri cincinnatas vocant, quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum pranuntia: tum sole geminato, quod, ut e Patre audiri, Iudicano & Aquilio consulibus, evenerat; Quæ

quemadmodum omnipotentiam exercere valet in naturam tibi subjectam, præter ordinem naturæ in creatione constitutum, manifestavit & se & sua de hominum salute consilia, & quicquid præterea homini per miraculum innotescere voluit. Quæ autem sic ex revelatione supernaturali pender, notitia bifariam dividitur. Est enim vel *originalis*, illorum scilicet, qui a DEO, sine aliorum hominum interveniente opera, sunt edocti, e. gr. *Locus est DEUS ad Mosen*, & dixit ad eum: Ego sum *Jehovah*. Et etiam ego audivi clamorem filiorum Israël, quos servire faciunt *Ægyptii*, & recordatus sum fادرis mei. Exod. VI 2, 5. Vel est *derivativa*, illorum, qui, volente & jubente DEO, aut ex prædicatione orali aut ex scripturis dicerunt, vel etjamnum discunt veritates, non si-

A 2

bi

quidem anno P. Africanus sol alter extensus est. Quibus ex territi homines vim quandam esse, cælestem & divinam suscipiunt sunt. Quare am causam esse, eamque vel maximam, aquabilitatem motus, conversionem cœli: Solis, Luna hincrumque omnium distinctionem, utilitatem, pulchritudinem, orationem qualiter rerum aspectus ipse latet indicaret, non esse ea fortuita. Ille si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum venerit, cum viaeat omnium rerum rationem, motum, distributionem, non posset ex sine causa fieri judicare, sed esse aliquem intelligat, qui præstet, & cui pareatur: multo magis in tantis motionibus canticisque vicissitudinibus, tam mularum rerum atque cantorum ordinibus, in quibus nubit unquara immensa & infinita veritas mentitur sit, statuar nescie est, ab aliqua mente sanctos natura motus gubernari. Cic. de Nat. Deor. Lib. II. c. 4, 5.

bi, sed aliis hominibus originaliter a DEO communi-
nicatas. Propterea dic filiis Israël : Ego sum Jehovah,
¶ educam vos de ergastalo Agyptiorum. ibid. v. 6.
Dixit Jehovah ad Mosen : scribe ubi verba hæc : quia
super ore verborum horum pepigi tecum fædus ¶ cum
Iſraële Exod. XXXIV. 27. Erexit Jehovah testimo-
nium in Jacobo ¶ legem posuit in Iſraële, quam
præcepit patribus nostris, ut notam illi facerent filii
suis : ut cognosceret generatio posterior ; filii qui na-
scuntur, ut surgerent etiam hi ¶ nariarent filii
suis : ponerentque in DEUM spem suam, nec oblivisce-
rentur operum DEI, sed præcepta Ejus servarent.
Ps. LXXIX. 5, 6, 7. Proinde immensæ bonitati
divinæ id debetur, quod existent literarum monumen-
tis consignata sanctissima eloquia divina, Sacrorum
Bibliorum volumine contenta, quæ olim elocuti sunt
ἐπὶ πνεύματος ἀγίας Θεόπνευστοι οἱ ἄγιοι Θεοί ἀνθρώποι 2. Petr.
I. 21. Hæc enim pandunt præciosissimum thesaurum
veritatum salutarium, quas nulla conditio naturalis,
nullave ars humana procudere potuisse. Nobis er-
go id vicissim incumbit, ut hunc Thesaurum dili-
genter scrutemur, atque omni fide obtemperemus
monito Paulino : Tu vero mane in iis, quæ didicisti,
¶ concredita tibi sunt, sciens a quo didiceris. Et
quia ab infantia sacras litteras nosci, quæ possunt te
sapientem reddere in salutem. Est enim πάσης γένους
Θεόπνευστος 2. Tim. III. 15, 16. Verum enim vero
multæ sunt quæstiones de hac Theopneustia, quæ
Scripturæ Sacrae generatim sic tribuitur, de quibus
ne quidem inter omnes illos convenit, qui Sacra-
rum

rum litterarum divinitatem venerantur. In Sacris
 videlicet libris biblicis, qui consignati sunt a viris do-
 no revelationis supernaturalis instructis, non ea so-
 lum narrantur atque proponuntur, quæ manifesto
 pendent ex revelatione supernaturali, verum etiam
 talia, qualia ad alterum illud genus revelationis,
 quæ est per naturam, referuntur. Ex. Gr. Moses in
 suis libris narrat, quod ipsemet occiderit virum Æ-
 gyptium percussorem, atque obsecniderit eum in
 arena; quod præ timore pœnae fugerit in terram
 Midian; quod ibidem Zipporam uxorem duxerit at-
 que ex ea duos filios suscepit; quod, post felicem
 ex Ægypto exitum, consilium ipsi dederit sacer-
 ejus, quomodo grave onus regiminis, quo emar-
 cescebat, levius redderet, scilicet ut constitueret prin-
 cipes millium, principes centenorum, principes quin-
 quagenorum, & principes decadum, qui cauñas nu-
 merosi populi omni tempore judicarent; & cetera
 quam plurima Mosi per experientiam cognita. Quid
 quod non nulli auctores sacri aperte provocant ad
 àvñphias, sensuum suorum testimonia, atque ad alios
 factorum, quæ narrant, testes oculatos & auritos.
 Quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio spe-
 clatores & ministri facti sunt verbi: visum est etiam
 nibi, persecuto a summo omnia accurate secundum or-
 dinem tibi scribere, optime Theophile: Luc. I. 2, 3.
 Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod
 flectavimus, & manus nostræ palparunt, annuncia-
 mus vobis I. Joh. I. 1, 3. Inmo & id queque non-
 nullis difficultatem peperit circa ~~disquisitio~~ Scripturæ
 Sacrae

Sacre, quod Paulus a præceptis Domini sua distinguit coniunctiis, qui in matrimonio sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem a marito non separari. Reliquis vero ego dico, non Dominus . . . De virginibus porro præceptum Domini non habeo: consilium autem do t. Cor. VII. 10, 12, 25. Itaque circa explicationem hocum locorum, nec non aliorum plurium, quæ *Scripturæ Sæcæ* concernunt, in varias partes abierunt interpres, dum alii diviserunt Scripturam Scripturam dicendo quasdam ejus partes esse *propositæ*, reliquas non item; alii posuerunt illustriora solum facta atque dogmata, quoad sensum, non quoad verba, esse *propositæ*, ipsam vero explicationem atque amplificationem istorum factorum & dogmatum omniumque rerum litteris consignatarum arbitrio Scriptorum Sacrorum fuisse permittam; alii non solum omnes atque singulas res descriptas, tam supernaturaliter revelatas quam naturaliter cognoscibiles atque cognitas, verum singula quoque verba, etiam minima atque vulgatissima ipsisque Scriptoribus Sacris vernacula & familiaria ex immediata DEI inspiratione profluxisse, adeo ut nihil plane præter physicam manum & calanum Scripturis Sacris consignandis ipsi Scriptores accommodaverint; alii vero non stipites factos fuisse Scriptores Sacros per *propositæ*, sed ex influxu divino atque elevata Scriptorum natura rationali libros divinos promanaſtè; alii rursus alterum explicare atque sectarum suarum placitis adaptant. Quis autem non videt, hasce quæſtiones esse maximi momenti, quippe quæ ipsam divinitatem

S:rae S:rae tangunt. Arduas quoque ac difficiles esse vel exinde patet, quod longissimo tempore de iisdem viguerint disputationes inter viros Sacrarum litterarum peritissimos, adeo ut ne spes quidem supersit, eas unquam, dum idem manserit hic orbis, terminatum iri. Quæ igitur pro imbecillitate virium meorum, non tam ad informandos alios, quam potius ad animum proprium in veritate confirmandum, circa controversiam de indole θεοπνευσίας, quæ Sacræ Scripturæ contigit, vel meditando vel ex aliorum scriptis colligendo, in hacce dissertatiuncula proferuntur, atque ad modum speciminis Academici exhibentur, velit L. B. in meliorem partem interpretari.

§. II.

Cum de indole θεοπνευσίας, quæ S:rae S:æ propria est, agendum nobis sit, ante omnia quidem ipsius vocabuli origo atque notatio inquirenda est. Derivatur itaque a Θεός, *DEUS* & πνέω, *flo*, *spiro*, & quidem a passivo πνεύσαι, *inflatus*, *spiratus* fuit. Heic vero subit animum quæstio, utrum vox θεόπνευσις habet significationem activam, atque idem valet ac *DEUM spirans*, seu divinam virtutem demonstrans & communicans; an vero ex forma passiva significationem retinet, atque sic redit *a DEO spiratus*. Si aliorum vocabulorum analogia consideratur, res in dubium vocatur. Activam enim significationem svadet nomen θεοφεσίας, de quo SVIDAS: στρατηγού εκάλειτο τύραννος, διὰ δὲ τὸ θεῖον φεαζειν,

Φεργέτην, ὃντὸν ἀφεισπάλιος ἐκλήθη ἐν Φεργαστῷ, εἶτα θεόφερος. Active etiam capitut vox ἀπνευσθεῖα, qui nihil spirat, ut mortuus qui respirare non potest. Item ἀπνευσθεῖα, qui, spiracula habens aperta, commode spirat, vel qui bonum odorem spirat; hæc tamen vox passive quoque adhibetur, ut perflabilis. Passivam e contrario significationem inferunt alia vocabula, ut οἰκτίνθη, a DEO conditus; θεοδιδάκτης, a DEO doctus; θεόκρετθη, divino iudicio electus, quod itidem active habetur, Dearum iudex. Deinde si ipsam rem spectamus, neque hæc quæstionem decidit. Etenim quod sensu passivo S:ra S:ra sit θεώνευσθεῖα, id quidem magno consensu assertur, atque extra dubium omnino ponendum est, quemadmodum ex sequentibus patebit. Verum & id quoque evidens est, quod etiam activa vocabuli significatio congruit subjecto, de quo prædicatur. Cum enim S:ra S:ra nobis exhibet verbum DEI, quod verbum adjunctam habet virtutem Spiritus Sancti, & viam spiritualem in animo hominum producit: sic namque Salvator ipse, Joh. VI. 63. τὸν πνεῦμαν ἀπὸ ἡλαλῶ ὑμῖν, πνεῦμά ἐστι καὶ ζωὴ ἐστιν, & Paulus Rom. I. 16. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι, τὸ ἐναγγέλιον τὸ χειρεῖ δύστημα γὰρ θεὸς ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι; vere omnino de S:ra S:ra prædicari potest, quod lucem virtutemque divinam, vel diuinum quid animo inspiret. Porro quia tantum 2. Tim. III. 16, exstat vox θεόπνευστη, juvabit quoque hujus loci contextum consulere. Is vero mox ostendit, utramvis significationem æquilateri admitti posse. Nimirum de passiva vocabuli vi in sequentibus agetur; quod autem activus, quem

supposuimus, significatus in textum quadret, ex ver-
su 15. verbisque proxime antecedentibus patet. Ibi
namque Paulus commemorat τὰ ἱερὰ γέμματα, τὰ δυ-
νάμενα τοις φίλοις εἰς σωτηρίας, διά πίστως τῆς τοῦ χριστοῦ ιντεγ-
Itaque dum his verbis v. 16. & 17. annexuntur πάντα
γέμματα τοῖς φίλοις τοῖς διδασκαλίαις - - -
ἀγαπητοῖς ή τὰ θεῖαν ἀνθερώπους; haud inconvenienter po-
ni potest, quod oratio Paulina, per ἀπόκρινην, senten-
tiarum Figuram Scriptoribus Sacris familiarem, in
eodem persistat, atque prius dicta, per quāndam
ἀνέγνων clarius & uberior exponat. Quasi dicat Pau-
lus: Sacras litteras ministro verbi, qui eas assidue
scrutatur, non solum communicare eam lucem intel-
lectus atque sapientiam, quae ipsimet necessaria est
ad ingrediendum in via salutis, verum etiam eas in-
spirare ipsi virtutes divinas, quae ad alios docendos,
redarguendos atque stimulandos valeant; immo quae
eum ad omne opus bonum reddant perfectum. Hæc
eo solum fine adducuntur, ut evidens ac certa sit
conclusio, neque vocabuli etymologiam atque cum
aliis vocibus analogiam, quae consimilem habent de-
rivationem, neque naturam rei, neque τὰς περογύρε-
τον καὶ ἐπιμένων οὐραφέτων terminare quæstionem subor-
tam de vocabuli activa aut passiva significatione.
Restat igitur ut consulamus usum, optimum illum
magistrum, qui verborum atque significationum po-
testatem solus fere tenet. Quod itaque attinet usum
vocabuli, omnium, quantum constat, interpretum
consensu, passivam solummodo significationem ha-
bet vocabulum οἰότινος, adeo ut idem sit ac a

DEO spiratus (b). Hoc itaque fundamento nitentes, nos non amplius morabitur quæstio de significatu activo. Ulterius autem dum progredimur, atque in vocabuli notionem inquirimus, multo, quam in præcedentibus, majorem difficultatem inde ortam esse sentimus, quod spiratio proprie competit rebus physicas, aëris namque commotionem involvit, neque proinde tribui queat DEO, nisi sensu figurato; quemadmodum solent translati vocabulis repræsentari actiones divinæ, siquidem eas mens humana alioquin concipere non potest. Tanta est imbecillitas mentis humanæ, ut in quamplurimis causarum naturalium actionibus concipiendis seu immaginandis cœciant homines. Effectus soli, seu mutationes, quæ a physicis causis dependent, in sensus hominum incurunt; ipsæ causæ in aperto non ponuntur. Dum vero ex effectu de causa judicium ferunt homines, sæpiissime umbras consequantur, nunquam nisi cum molesta circumspetione & post multas ambages rem acu tangunt. Cum itaque sit hoc admodum difficile in naturalibus; quis non fatebitur, longe difficilior judicari de actione Entis infiniti atque immutabilis?

Atta-

(b) Etiam apud Auctores profanos rarus est hujus vocabuli usus. Tantummodo legimus id citatum in verbis Phocylida sequentibus: ἦς δὲ Ιεροπλεύσας αὐτῷ παῖς λόγος ἐστιν ἀλεῖσας. Immo dubitant eruditæ, an carmen illud perpetuo filo contextum, sic ipius Phocylida, siquidem id pro Christiani hominis compositione potius habendum esse videtur.

¶) ii (¶

Attamen placuit DEO, quemadmodum est 'erga homines maxime misericors, succurrere inopiæ humanæ, atque cum οὐκανθάσῃ nunquam satis prædicanda, verbis ad imbecilles humanæ mentis conceptus attemperatis, de luce sua inaccessa tantum luxinis nobis impertiri, quantum ad generis humani salutem esset necessarium atque divinæ sapientiæ consentaneum. Sic in substrata nostra materia, actio illa divina, qua effecit DEUS, ut existeret Scriptura Sacra, vel ut sic & non aliter existeret, dicitur *Spiratio facta a DEO.* Quæritur jam, quomodo hæc *Spiratio θεοπες.* πῶς sit intelligenda? Qui sensui vocis, quatenus rei physicæ mutationem exprimit, arcte inhærent, exemplo organi musici rem declarant. Ponunt Scriptores Sacros esse considerandos tanquam fistulas vel tibias musicas, & Spiritum S. comparari Organario vel tibicini. Quemadmodum itaque una sit substantia aëris spirati, qui tibiis immittitur: qui tamen pro diversa structura tibiarum diversissimos sonos producat, atque in admirabilem conformitatem & harmoniam componat; sic quoque Spiritum S. ustum esse Scriptoribus Sacris, ut hi, quamvis magna fuerint ingeniorum & affectuum diversitate, totam tamen Scripturam Sacram mira singularum partium conformitate harmonizantem litteris exaraverint (c). Cir-

(c) Ad hoc ipsum illustrandum apponimus verba Cel. Buddei inst. Theol. Dogm. Lib. I. c. II. §. X.
quaenam ita (ipsi Scriptores Sacri) ex impulsu spiritus San-

ca hanc metaphoræ explicationem sequentia obser-
vamus. 1:o Quod fistulæ musicæ sunt res inanimatæ
mutæ, quæ ex se ipsis nullam possunt vocem edere.
Dum vero, spiritu extrinsecus inflato, sonos for-
mant, nullum habent istorum sonorum sensum vel
ideam. Hinc nimis cruda videtur hæc applicatio
ad viros divino Spiritu latos facta, adeo ut vix ex-
cusari queat, nisi simul constet, reverenter & pie
omnino de iis cogitare quemlibet, cui hæc arriserit
interpretatio. 2:o Quod notio spirationis non continet
quidquam istius qualitatis specificæ, quæ est rerum
sonantium, per quam fit, ut sonus formetur in in-
strumentis musicis, & quidem æque in iis, quæ in-
flan-

Hi genio suo affectibusque convenientia scripturi erant, ipso
etiam Spiritus sanctus illis simul suggerebat. Quod quidem non
nulli exemplo organi musici baud inepte declarant, in quo cum
una sit cantici substantia, Spiritus tamen, qui tibias inflat,
mox acutioribus, mox obtusioribus fistulis sese accommodat.
Qua quidem istius rei imagine subinde utitur Athenagoras.
Sic cum de Prophetis dixisset: qui extra se, suasque co-
gitationes positi, divino ipsos movente Spiritu,
quæcumque hic operabatur, eloquebantur, addit
οὐχ ξηραίς τε πνεύμασι, ὡρὶ τε αὐλήναις ἐπινεύσοι,
cum spiritus eundem in modum illis uteretur, quo
tibicen inflat fistulam; in legatione pro Christianis
p. 74. Quod tamen cum grano laxis est accipendum, nec ul-
tra quam par est, extenderatum, ne ipsi Scriptores hac in re nie-
bit plane egisse censeantur.

flantur, ac siis, quæ tanguntur aut pulsantur; prouti evidenter patet ex Principiis Physicis. 3:o Quod vocabulum *γέννησις* est inter Novi Testamenti *ἀπόξενα λεγόμενα*, neque ibidem dictum legitur de tali subjecto, quod sonum edere potest, sed de tali, quod & per se & per accidens ad formationem soni ineptum est; scilicet Paulus non dicit Scriptores verbi divini *γέννησις*, sed ipsam *γέννησιν* pronuntiat esse *γέννησιν*. Et quamvis 4:o haud difficulter concedamus, immo ipsimit statuamus, ipsos auctores Sacros commode vocari posse *οἰκτρεύσας*, phrasē Theologorum usitata, exinde tamen circa originationem vocis harentes nihil proficimus, quia etjam istius phraseos *ἀγένετος* notio est ex Scriptura S:ra eruenda, vel ad Scripturam Sacram conformanda. Igitur ex his, quæ jam allata sunt, tandem concludimus, etymologiam nobis non pandere, quemadmodum notio vocabuli hujus translati accurate determinari debeat. Proinde ex locis parallelis atque analogia doctrinæ eadem est colligenda ac definienda. Antequam vero in re proposita ulterius progredimur, ex aliorum interpretationibus atque placitis lucem fenerabimur.

§. III.

Quemadmodum omnium gentium consensu Dii existunt, sic eos rerum humanarum curam gerere, cum hominibus quasi commercia quandoque habere, atque his pro lubitu oracula edere, aut notitiam rerum præteritarum, præsentium vel futurorum inspirare vel qua demum cunque ratione, extra-

ordinaria communicare, eadem fere concordia, a suam retro antiquitate traditum est (*d*). Hinc gentilium Reges & Legislatores haud pauci, ut populum rudem atque ferum in officio continerent & ad humanitatem informarent, frequentiores Deorum apparitiones & colloquia aut inspirationes simularunt (*e*). Ex iis autem, quæ gentiles sic de Deorum

(*d*) Theomantes, Theomoros, Theomaines, Theostyros, Entheisticos, Faticinos, Engastrimythos, Pythones, Sibyllas vel nominasse sat est. Addimus potius argumentum illud, quod pro demonstranda divinatione, ex stoicorum sententia, subtiliter connexuit Cicero: *Si sunt Dii, neque ante declarant hominibus, que futura sunt; aut non diligunt homines; aut quod eventurum sit, ignorant; aut existimant, nisbit interesse hominum, scire, quid futurum sit; aut non censent esse sus majestatis praesignificare hominibus, quo sunt futura; aut ea ne ipsi quidem Dii praesignificare possunt.* At neque non diligunt nos; sunt enim benefici, generique hominum amici: neque ignorant ea, quo ab ipsis constituta & designata sunt: neque nostra nihil interest, scire ea, quo eventura sunt; erimus enim cautores, si sciemus: neque hoc alienum ducunt majestate sua; nihil est tuim beneficentia præstantius: neque non possunt futura prænoscere. Non igitur sunt Dii, nec significant futura. Sunt autem Dii: significare ergo. Et non, si significant, nullas vias dant nobis ad significansis scieniam: frustra enim significarent: nec, si dant vias, non est divinatio. Est igitur divinatio.

(*e*) Svidas de Lycaone, Pelasgi filio, Arcadum rege, antiquitus traditam hanc refert fabulam. Cum scilicet ipse

rum suorum ~~συναπάθαι~~ fabulantur, velle rem nostram illustrare, id vero esset lucem in tenebris quærere. Neque enim majorem ea merentur fidem, quam quæ de hercum suorum in DEOS conversione absurde admodum fingunt. Etiam Religio Mohammedana, quæ inter gentilem & illam divinitus vere revelatam media est, inspirationibus nititur, quæ auctori Seclæ Mahometo divinitus contigisse magno populorum multorum applausu atque superstitione etiamnum janctantur. Neque Mahometum solum, sed multos præterea Prophetas & Apostolos DEI, ut Adamum, Enochum, Mosen, Davidem, IESUM &c. inspiratos, alloquio divino atque descentu Angelorum honoratos, manifestisque miraculis suffulitos fuisse,

justitiae studeret, atque populos imperio suo subjectos ab injustitia vellet avertere, dicebat Jovem ad se frequenter accedere, homini peregrino similem, ad justorum & injutorum inspectionem. Et aliquando DEUM, ut ipse aiebat, hospitio excepturus, sacrificium parabat. Cum autem ipsius filii vellent cognoscere, utrum verus DEUS illi sacrificio interfuturus esset, mastato quodam puero, hujus carnes cum victimæ carnibus miscuerunt. Tum vero divinitus magnæ tempestates & fulmina eruperunt, quibus omnes illius pueri interfectores perierunt. *tit. λυκάων.*

Sic quoque, narrante Diodoro Siculo, Aegyptiorum Legislator Mneves vir magni animi a Mercurio leges siibi traditas simulavit, populumque induxit, ut juxta eas vitam instituerent. Quod apud Græcos in Creta etiam Minos, apud Lacedæmonios Lycurgus, facilitavit, quorum

se, atque hominibus libros cælitus demissos communicasse Mahomedici eredunt (*f*). Quod autem attinet hanc librorum e cœlo demissionem, magnis animis inter illos atque diu agitata dicitur esse quæstio: utrum Alcoranus, quem solum incorruptum existare ponunt, sit per creationem vel sine creatione demissus, seu utrum sit creatus an increatus? Qui creatum dixerunt, nisi sunt aliis, auctoritatem ejus imminuere. Igitur qui tutissime incedere voluerunt, verbis Corani adhæsere, dicentes Coranum esse possum

iste Jovi, hic Apollini suas vindicavit. Id commenti genus apud plures quoque alias gentes adhibitum, multorum caussam honorum presvatis exstisso ferunt. Nam apud Atrampos Zathraustes bonum genium, apud Getas Zamolxis communem Westam; apud Judæos (*sunt verba Diodori*) Moses DEUM, qui *law* dicitur, legum auctorem suarum finxisse, prohibetur. *Bibl. Hist. L. I.* Idem fere de omniorum rerum publicarum primis statutoribus fabulosa acta tradidit. Similiter quoque in patria nostra Thorem & Odinum antiquissimi Gothi venerati sunt,

(*f*) Quandoquidem de Mahometo multa falso narrari solent, lubet ex ipso Alcorano probare, quæ asseruimus. Fuit vero nobis ad manus versio gallica Dñi And. Du Ryer, edit. Amst. 1746. Ex multis, quæ de substrata materia nomine DEI referuntur, sufficiat sequentia protulisse. Surat. II. p. 15. Certainement nous avons donné la loi à Moïse, & nous avons envoyé après lui plusieurs Prophètes; nous avons inspiré la science à Jesus Fils de Marie, & l' avons fortifié par le Saint Esprit, mais vous vous êtes

tum vel *demissum*, & de creatio*ne* gluerunt (g): Hinc id solummodo obiter concludimus, quod, ubi superstitioni semel locus conceditur, ibi neque defunt, qui, auctis multiplicatisque absurditatibus, reliquis palmam Zeli præripere student. Si autem quis erectiorem habens animum, talibus absurditatum augmentis sese opponit; is quidem vix unquam id obtinet, ut ad saniorem mentem redeant isti Zeli œstro perciti; operam tamen penitus perdidisse non est censendus, si vel id efficit, ut parem veritati cum errore locum alii concedant. Attamen ejam hæc parilitas disparilitatem continere potest; aliud namque est, si sententia*e*s inter se repugnantes æque

C

licitæ

élevez contre les Prophètes, qui sont venus contraires à vos volontez, vous en avez démenti une partie, & vous avez tué l' autre. Surat, IV. p. 102. O vous qui avez la connoissance des Ecritures, croyez en l' alcoran, qui confirme l' Ancien & le Nouveau Testament, avant que j' efface vos visages, & que je les fasse tourner derrier le dos. Surat. XXI. Tom. II. p. 16. Nous avons inspiré à tous les Prophètes que nous avons envoyez, qu' il n' y a qu' un seul Dieu. Ibid. p. 25. Nous avons écrit en l' Ancien Testament, & après en l' Alcoran - - - Surat: XLII. p. 211. Dieu est prudent, sage, Majestueux, il entend tout, il est toutpuissant; Dieu t' a envoyé les mêmes inspirations qu' il a envoyées à ceux qui t' ont précédé. Ibid. p. 212. La loi que j' ai donnée à Abraham, à Moïse & à JESUS est celle, que je t' ai donnée d' observer, à favoir de croire à un seul Dieu.

(g) Vid. Adrian. Reland, de Relig. Mahomed, Lib. I, c. 3

licitæ censentur; aliud vero, si communi sisentio
supprimuntur.

§. IV.

Gens judaica, DEO peculiaris & dilecta, prima
habuit eloquia divina literis consignata, atque
eadem nobis Christianis tradidit illibata. De his ve-
ro Judæis dubium non est, quin libros sacros suos,
in summo habuerint honore, adeo ut nulla omnino
sit gens alia, quæ leges a majoribus acceptas aut
instituta ritusque antiquos tanti fecerit (*b*). Quid
autem de istorum librorum Sacrorum divinitate vel
~~euangelia~~ docuerint, id aut ex illis ipsis libris est hau-
riendum; aut ex sequioris ætatis Doctoribus Judaicis
additendum. Quod attinet ad ilud prius, non est
ut separatim de eo inquiratur, si quidem libri Judæ-
orum

(*b*) Flav. Jos. contra Ap. L. I. Cap. 8. commemorat XXII.
esse libros, qui merito creduntur divini, quia omnibus Judæis
statim ab ipso nascendi exordio hoc σύμφωνο insitum atque in-
natum est, DEI ut hæc esse præcepta credant, iisque constanter
adhærescant, & eorundem causa, si opus fuerit, libentissime
mortem perferant; quemadmodum multi captivorum frequen-
ter & tormenta & omne genus mortis in theatris sustinere
conspiciunt, ne ullum verbum contra leges admitterent.
Hisce sic expositis, Apionem sequente quæstione torquet:
*Quis, inquit, Graecorum tale quid subiret, immo vel minimum
quidem laci sufficeret, licet omnia ab illis scripta aboleantur,
ita ut ne quidem vestigia eorum supersint.*

orum sacri simul cum libris ~~scripturis~~ Novi Testa-
menti nostra constituunt Biblia, ex quibus quæstio-
tandem est finienda. Quod autem ad posterius, no-
tum est Doctores istos Judaicos ex eo demum tem-
pore cœpisse consarcinare suos commentarios, quo
antiqua pura doctrina traditionibus oralibus corrum-
pebatur, atque omnes Judæorum res ad pejus rue-
bant. Proinde qui in dogmaticis sapere studet ex
iis, quæ Judæorum Doctores, præter libros sacros
tradunt, is quidem oleum & operam perdit. Hoc
ipsum, vel exemplo materiæ præsentis probatur.
Ponunt nimirum DEUM non facere habitare Spir-
itum S. seu propheticum, nisi super fortis, divite, sa-
piente & humili, Igitur quia dantur gradus harum
virtutum, dum alii sunt aliis fortiores, ditiores, sapien-
tiiores & humiliores; hinc concludunt dari gradus di-
versos Prophetiæ. Alii hanc opinionem falsitatis ar-
guunt, cum nunquam deprehensa sit prophetia in
ullo philosopho, quantumvis sapientissimo solertissi-
moque arcanorum scrutatore; ideoque dicunt pro-
phetiam esse influxum influentem, pro beneplacito
divino, in facultatem rationalem, sive mediante fa-
cultate imaginativa, sive absque ea. Alii Spiritum S. po-
nunt esse facultatem in homine, quæ eum disponit,
ut loquatur verba sapientiæ, aut sanctitatis, admoni-
tionis & laudis, ac ad mores pertinentia, idque vi-
gilans & salvis manentibus sensibus. In genere Ju-
dæi asserunt Scripturarum Sacrarum Auctorem esse
DEUM; immo contendunt, qui DEUM hujus uni-
versi conditorem adnoscat, illi neque hoc creditu-
diffi-

difficile esse posse. Majorem tamen divinitatis gradum Pentateucho, inferiorem Propheticis Scriptis, & infimum Hagiographis plurimi eorum tribuunt. Sed quid est, ut in horum placita diligenter inquiramus, dum sunt eorum sensus obdurati, atque velamen super corde eorum manet usque hodie, quando legitur Moses. 2. Cor. III. 15. (h) Non tamen possimus silentio præterire per celebres duum viros judaicos, Flavium Josephum atque Philonem, quorum eruditio fama latissime extra pomœria Scholæ Rabbinicæ percrebuit. Itaque Josephus dum demonstrare satagit veram historiam esse, quam de antiquitate gentis judaicæ scripserat, urget fidem Scriptorum Græcorum nullatenus æquiparandam, sed longissime post ponendam esse auctoritati ac fidei Hebræorum. Inter cetera, quæ hunc in finem profert, argumenta,

ad

(h) Joh. Dav. Michaëlis in Comp. Theol. Dogm. c. I. §. 13. *De judeis enim quid speres, qui de Hagiographis atque adeo de Daniele, abjectius senserunt, Prophetarum non paucas sententias, divinitus fusas, erroris & peccati insimularunt mentiti, alio loco hac peccata Prophetas deprecari; si qua infausta populo sancto minaretur DEUS, id eloqui Ejus Legatos ve- tuerunt; suos magistros Prophetis æquipararunt, ac, si numero præstarent, prætulerunt? Quorum cum Theologia alia parte nulla inquinatior sit, nolim cum nonnullis doctrinam de diversa afflatus divini ratione & præstantia ex illis petere, ac sine re- rum argumentis describere.*

ad nostram rem præsentem id spectat, quod dicit, auctores judaicos librorum biblicorum fuisse viros optimos & in DEI cultu assiduos; itemque eos fuisse Prophetas, qui antiquissima & veterrima habuerunt cognita κατὰ τὴν ἐπινοιαν τὴν ἀντὶ τῆς Θεᾶς, ex inspiratio-ne divina, suorum vero temporum res, quomodo gestæ erant aperte conscriperunt (H). Igitur ex sententia Josephi, inspiratio pertinebat ad eas res, quas Prophetæ per certam indubiamque experien-tiam non cognoscebant; quæ autem Prophetarum temporibus aperte gerebantur, adeo ut hi pii prohi-que viri in earum narratione errare non possent, eas conscribebant, quemadmodum palam ante oculos omnium fiebant. Philo Judæus dicit, Proph-e-tiam conducere in id, ut quis sit infallibilis, omnesve

C 3

vitet

(H) Flav. Joseph. loco citato Cap. 6. dicit Pontifici-bus & Prophetis, publica auctoritate, injungi curam conscribendi τὰς ἀναγνώσφας, αἵτια seu historias; & mox cap. 7. ad hoc ipsum opus constitutos esse τὰς αἴσθησes, καὶ τὴν ἡρεμεῖαν τὴν Θεὸν προσεδεμένων, viros optimos εἰς DEI cultu assiduos. Et paulo post: ἀπὸ μήνης τὴν ὑπεράφεν ἀντηχεῖσις πάσαις ὄντος, μῆνε πλος ἐν τοῖς χραφομένοις ἐνθόντοις διατα-Φωνίας ἀλλὰ μὲν τῶν προφητῶν τὴν μὲν ἀνατάτω καὶ τὸ πα-λαιότατον, κατὰ τὴν ἐπιπνοιαν τὴν αὖτε τὴν Θεᾶς μαθόντων, τὸ δὲ κατὰ τὸν ἀντετονόντων συγχραφόντων, cum neque sub-scribendi potestas omnibus data, neque illa sit in scriptis discre-pantia; sed solummodo Prophetis, qui antiquissima quidem εἰς veterrima ex inspiratione divina cognita habuerint, suorum vero temporum res quomodo gestæ erant aperte conscriperint.

vitet offensiones, quia Prophetæ nihil ex se profert, sed est interpres DEI, omnia ipsi intus dictantis & succinentis. Et quidem sic, ut sit Prophetæ, tanquam instrumentum quoddam musicum, quod, alio inflante aut pulsante, resonat. Quia utatur DEUS vocalibus Prophetæ instrumentis, ore atque lingua, quæ pulsans arte musica invisibiliter, sonoram concinnamque symphoniam efficiat, indicans quæcumque velit, Hoc vero sic imprimis fieri docet per ecstasin seu furorem divinum, in quo emigrat mens e Prophetæ, immigrante Divino Spiritu: hoc autem recedente, illa rursum revertitur. Quamdiu namque ὁ λογισμὸς, ratio sive etiam ὁ νόος, mens manet in Prophetæ, radiis suis intelligibilibus Prophetam totum occupat; cum tamen fas non sit, ut mortalis cum immortali habitat (i). Ne autem du-

(i) Philo Judæus in Libro De premiis & pœnis, dum commemorat præmia pietatis, quæ Moysi divinitus contigerunt, addit: οἰκείου δὲ λαβεῖν, τείτου προφητίαν, εἰς τὸ ἄπωτερον. Ἐρμενεὺς γάρ εἴτιν ὁ προφήτης ἐνδοθεὶς ὑπῆχεν τῷ πλεύτῳ τῇ Θεῷ παρόντε θεῷ ὑδεν ὑπέπον. Idem in Libro, Quis rerum divinarum heres, Prophetam describens dicit, eum esse ὄργανον Θεῶν ἡχῶν, κρυψίμενον καὶ πληττόμενον ἀσφάτως ἵπ' αὐτῷ - - - - - ἐξοικεῖται μέν γάρ εν ἡμῖν ὁ νόος, κατὰ τὴν τῷ θεῷ πάντας τῷ ἀφίξῃν κατὰ δὲ τὴν μετανάστου ἀυτῷ, πάλιν ἐποικίζεται. Θέρμις γάρ ἐπι ἐστι θυητὸν αθανάτω συνειήσαι. διὸ τέτοι ἡ δύσις τῷ λογισμῷ καὶ τὸ πελί αὐτὸν σκόπει, ἔκστασι καὶ θεοφόρητον μανίαν ἐχέννησε - - - - - καταχεῦτος δὲ ἐπερτότοις ἀυτῷ τοῖς Φωνητούροις ὄργανοις σύμπατοι καὶ γλώττη, πέσος μήνυστος ὡς ἀν Θέλη τέχνη δὲ ασφάτω καὶ πεμμάσω πάντα κρέων, ἐνκεκαὶ καὶ πανθεμόνια καὶ γέμοντα συμφωνίας τῆς πάσους ἀπολεῖ.

rius, quam par est, sonent, quæ attulimus verba Philonis, addendum est, eum habere istam mentis e Propheta emigrationem non quidem pro motu locali, sed pro quodam somno aut quiete mentis, sive pro vacatione a curis rerum sensualium, quatenus quidem serenitas mentis iis perturbari alioquin solet. Præterea quid sit Spiritus DEI, ὁ ἀποκαλούμενος definitive, describit, nimirum quod sit immortalis illa scientia, cujus omnis sapiens merito fit particeps (k). Immo quia vel scelestissimo nonnunquam obversatur αἰφνίδιον ἡ τὸ παλεὸν φαντασία, repentina honestatis imaginatio, quam vero apud se retinere is non potest; asserit, Spiritum DEI in omnes quidem homines immigrare, sed apud plerosque tamen non manere in seculum, quia caro sunt. Immo etiam factum esse, ut vir impius numine afflatus, nolens volens prolocutus sit ea, quæ ipsemet ne quidem intellexerit (l). De cetero

(k) Idem de Gigantibus: λέγεται δὲ Θεῖς πνεῦμα η ἀκήρα· τῷ επείμη, ης πᾶς ὁ σοφὸς ἐκόπτας μετέχει.

(l) Idem de Theologia & Prophetia Lib. I. inducit DEUM loquentem ad Prophetam impium his verbis: Βάδιζε ἐφ' ησι σπειρεις ὄδον, ἀνήσις ραρὸς ἔδει, εμὲ τε λεκάνα ὑπικλύνεις ἀνευ τῆς σῆς δανίας, καὶ τὰ Φωνῆς ὁράσαντα τρέπεται, η δικαιον καὶ συμφέσου, ἥνιοχὸν ραρὸς ἐγὼ τὸν λόγον, θεοπίλων ἐκεῖσα διὰ τῆς σῆς γλώττης ἐ συνιοντος. & post paullo addit de Prophetā eodem: ο δὲ μοναθέεις, ἐξαιφνης θεοφορεῖται, καὶ μηδιν συνιεῖς, ὥσπερ μετανισταμενος τὸ λογισμός, τὰ ὑποβαλλόμενα ἔξελάλει, πεσοφηνιαν τάσσετ - - -

tero distinguit Philo ea, quæ habentur in libris Mo-
saicis, ut alia sint dicta ex persona DEI atque inter-
prete Prophetæ Divino prolata, quorum quidem lau-
di, vix tota natura sufficiat; alia autem sunt ex in-
terrogationibus & responsionibus composita ac san-
cita; alia rursus sunt ex persona Mosis *προφετοῦ*.
καὶ οἱ ἄνθρωποι καταχθόνιοι, νομίναι afflati, redditæ. Ve-
rum quod ipsam scriptiōnē tamē attinet, dicit
Philo, se haud ignorare quod omnia habeant pon-
dus oraculorum, atque a Mose numine afflato lit-
teris sunt consignata (m). Prius quam vero a Judæis
transferimus cogitationem ad Christianos, commemo-
randus est quidam eorum Apostata, qui, deserto Ju-
daismo, Christianismum professus neutri adhæsisse,
quin etiam atheismum amplexus esse, censetur. Est
is famosi nominis vir *Benedictus Spinoza*. Vixit hic
Seculo XVII. ediditque anonymum *Tractatum The-
ologico Politicum* pro vindicanda libertate Philoso-
phandi, quatenus quidem hac sublata, neque pax rei-
publicæ, neque pietas salva maneat (n). In hoc ve-
ro

(m) Ibid. Lib. 3. *Ἐκ ἀγνοῶ μὲν τῷ, ὡς πάντη εἰσὶ χρησμοὶ,
ὅτε ἐν ταῖς ιεραῖς Βίβλοις αὐτούς γενέσθαι, χρηστήν δι' αὐτῶν.*

(n) Quemadmodum per totum hunc Tractatum multis id agit, ut videatur pro pace totius ecclesiæ sudare, ita nec parum commendatas voluit ideas suas, addito post rubrum, dicto Joh. Ep. I. cap. IV. 13. *Per hoc cognoscimus,
quod in DEO manemus, ὃ DEUS manet in nobis, quod a Spi-
ritu suo dedit nobis.*

ro tractatu; cæteroquin eruditus & ingenioso, inter reliqua paradoxa, impiam evulgavit sententiam de ~~esse~~
veritate S:rae S:rae, quam verbis paucissimis comprehensam atque cortice, quem eidem speciose obduxit, denudatam, sic habe. Judæi philosophiæ contemtiores neglexerunt considerare caussas secundas, devotionis autem caussâ ad DEUM ubique recurrunt (o). Hinc quicquid eximum est & admiratione dignum, id a Judæis Spiritui DEI attributum atque divinum salutatum est (p). Proinde quia Pro-

D

phetæ

(o) Sic cap. I. p. m. 2. jacent ipsa verba Spinoza: *Hic apprime notandum, quod Judei nunquam caussarum medium sive particularium faciunt mentionem, nec eas curant, sed religionis ac pietatis, sive (ut vulgo dici solet) devotionis causa ad DEUM semper recurrunt; si enim e. g. pecuniam mercatura lucrati sunt, eam a DEO sibi oblatam ajunt; si aliquid, ut sit, cupiunt, dicunt DEUM eorum cor disposuisse; &c. Si quid etiam cogitant, DEUM id eis dixisse ajunt.*

(p) Ibid. p. m. 9. Jam notandum, quod res aliqua ad DEUM referatur, & DEI dicitur esse, ad rem in superlativo gradu exprimendam, ut, **הָרְרֵי אֶל** montes DEI. b. e. montes altissimi חֲרוּמָת יְהוָה, somnus DEI i. e. profundissimus. Scientia naturalis Salomonis, DEI scientia vocatur, id est, divina, sive supra communem. Et 1. Sam. XI. v. 7. ad significandum metum admodum magnum, dicitur: **וַיַּפְלֵל יְהוָה עַל** & cecidit metus DEI supra populum. Et hoc sensu omnia, que captum Judæorum superabant, & quorum caussas naturales cum temporie ignorabant, ad DEUM referri solebant.

phetæ antiquitus erant pietate ac eximia probitate probatissimi viri, qui pro illo, quo pollebant, virtutis studio singulari & ardentí pietatis affectu, alias atque alias res ad pietatis ac virtutis commendationem vividam pertinentes, sive in somniis, sive in ecstasi, sive in alio quocunque sollicitate mentis motu & agitatione, usque adeo sibi immaginabantur, ut ipsi met non solum veritatem imaginum earundem habarent sibi persvasissimam, sed eandem quoque magna cum πληροεια ac auctoritate aliis praedicarent; idcirco inde a primis rerum Judaicarum exordiis tales Prophetæ variis divini honoris titulis insigniti sunt. Sic dicti sunt Prophetæ DEI, viri DEI, Spiritu DEI afflati, seu οσπιτους (q). Neque hac in re fefellit Iudeos ipsorum pia credulitas. Quamvis namque naturâ duce sic procederent Prophetæ; idem tamen divino simul impulsu reapse ferebantur, siquidem
DEUS

(q) Ibid. p. m. 13. Ex his omnibus, ut tandem ad id quod intendimus, revertamur, bæ Scriptura phrases perspicue sunt, nempe Prophetæ Spiritus DEI fuit, DEUS Spiritum suum hominibus infudit, homines spiritu DEI & Spiritu Sancto repleti sunt &c. Nihil enim aliud significant, quam quod Prophetæ virtutem singularem & supra communem habebant, quodque pietatem eximia animi constantia colebant. - - - - - Prophetæ DEI Spiritum habere dicebantur, quia homines causas propheticae cognitionis ignorabant, eandemque admirabantur, & propterea, ut reliqua portenta, ipsam ad DELIA referre, DEIque cognitionem vocare solebant.

DEUS ipsem solus est totius naturæ rector (r). Quid quod Spinoza judice, neque fieri id potest, ut DEUS faciat miracula, vel ulla ratione transmigret ordinem cursumve naturæ, quem sapienter posuit atque fixit (f). Igitur *scriptura* sunt scripta prophetica Veteris Testamenti, vel Spiritum DEI auctorem habent, quia eximiæ ac plane singulares Prophetarum virtutes, quibus ista originem proximam

D 2

mam

(r) Ibid. p. m. 14. *Possumus jam igitur sine scrupulo affermare, Prophetas, non nisi ope imaginationis, DEI revelata percepisse, b. e. mediantibus verbis, vel imaginibus, iisque veris aut imaginariis.* - - - Quibus autem naturæ legibus id factum fuerit, fateor me ignorare. Potuisse quidem, ut alii dicere, per DEI potentiam factum fuisse; attamen garrire visderer. Nam idem esset, ac si termino aliquo transcendentali formam aliujus rei singularis velim explicare. Omnia enim per DEI potentiam facta sunt: Immo quia naturæ potentia nulla est nisi ipsa DEI potentia, certum est nos earenus DEI potentiam non intelligere, quatenus caussas naturales ignoramus; adeoque stulte ad eandem DEI potentiam recurritur, quando reæ alicujus caussam naturalem, hoc est, ipsam DEI potentiam ignoramus. Quis non videt garrire Spinozam hæc disputantem? Hæ vero ineptiæ facile confutantur, modo consideremus, aliud esse, ignorare caussam naturalem phænomeni cuiusdam, aliud autem certo & evidenter scire, phænomenon istud non habere caussam naturalem.

(f) Doctrinam de miraculis explosurus Spinoza l. c. Cap. VI, in hæc verba erumpit: *Quod quidem originem duxisse videsur a primis Judais, qui ut Ebreicos sui temporis*

mam debent, afflatus divini titulum augustum me-
rito sibi vindicant. Vera quoque non autem falsa
sunt eadem, quatenus quidem spectant ad usum vi-
tæ & charitatem; cum enim sit ratio virtutis mo-
rumque bonorum plana & facilis cognitu, non po-
tuerunt pii auctores a vero aberrare. Attamen quia
ceteroquin indocti fuerunt iidem, fieri aliter haud
potuit, quam ut boni isti viri, frena laxantes fer-
venti imaginationi, ex inanimadvertentia, speculati-
vis quoque rebus sese immiscerent, atque sic in re-
bus ab ipsorum proposito alienis præter opinionem
multa contradictoria ac erronea proferrent, quæ au-
tem genuinam virtutis rationem non obscurabunt,
modo ingenue & candide ipsorum scripta legantur &
expli-

qui Deos visibiles adorabant, videlicet solem, lunam, terram,
aquam, aërem &c. convincerent, iisque ostenderent, Deos illos
imbecilles & inconstantes, sive mutabiles, & sub imperio DEI in-
visibilis esse, miracula sua narrabant, quibus insuper conabantur
ostendere, totam naturam, ex DEI, quem adorant, imperio in-
scrum tantum commodum dirigi, quod quidem hominibus adeo
arrisit, ut in hoc usque tempus miracula fingere non cesse-
rint. - - - Quid sibi vulgi stultitia non arrogat, quod nec
de DEO nec de natura ullum sanum habet conceptum, quod
DEI placita cum hominum placitis confundit, & quod denique
naturam adeo limitatam fingit, ut hominem ejus principiam
garrem esse credat. - - - Quare hic absolute concludimus,
omnia, qua in Sira Sira vere narrantur contigisse, ea secundum
leges natura, ut omnia, necessario contigisse; & si quid reperia-
tur, quod aperiisse demonstrari potest, legibus natura repugnare,

explicitur. Libri Sacri Historici non sunt ~~scripturæ~~, quia in his conscribendis excellens ista immaginativa vis auctoriis non erat usui. Et qui, præter Historicos, in codice Novi Testamenti habentur, Libri Morales itidem non sunt ~~scripturæ~~; quia apostoli, non quatenus Prophetæ imaginationi indulgentes, sed quatenus Doctores & ex libris Veteris Testa-
D 3 menti

aut ex iis consequi non potuisse, plane erendum id a sacrilegiosis hominibus Sacris Litteris adjectum fuisse: quicquid enim contra naturam est, id contra rationem est, & quod contra rationem, id absurdum est, ac proinde etiam refutandum.

Acerba & contumeliosæ invectioi justam exclamatiō-
nem, haud sine dolore, opponimus, atque mox fontem so-
lutionis, addito exemplo indicamus. Quid itaque sibi Spinozæ stultitia non arrogat, qui & de DEO & de natura in-
fanos admodum conceptus sovet, qui nullum beneplacitis
Divinis locum concedens, DEUM hominibus inferiorem po-
nit, & qui DEUM denique adeo limitatum singit, ut extra
vias viresque naturæ terminatas, omnipotentiae Divinae
nullas esse partes credat?

Fons erroris horrendi in his verbis latet: *quicquid contra naturam est, aut ex legibus naturæ non consequitur, id contra rationem est.* ex. gr. resuscitatio Lazari mortui olen-
tis foetorem, est contra naturam, quia ex legibus naturæ non
consequitur; ejus namque contrarium, scilicet perfecta pu-
trescens corporis mortui pulverisatio & totalis destruc-
cio, ex necessaria consecutione naturali est legibus naturæ con-
sentaneum. Hæc ipsa resuscitatio est quoque supra ratio-
nem humanam, quia vires naturæ, nullum suppeditant mo-

menti & doctrina ac vita Christi & suorum miraculorum experientia docti, illos scripserunt; quocirca nec fulmen vibrant dictatorum illud Prophetis antiquis familiare: *Sic dixit Dominus*, nec expressum mandatum de scriptione allegant, quin potius aut ratiocinantur aut subdubitent; adeo ut non prophetare sed disputare apostatae Judæo videantur.

§. V.

dum, quo effici queat talis resuscitatio, sed ad contrarium ejus efficiendum evidenter conspirant. Quicquid autem ex ipsis rebus naturalibus, earumve consecutione aut analogia non est intelligibile, id transcendent rationem humanam. Atamen non est illa resuscitatio contra rationem. Quicquid enim ratio humana percipit esse absolute impossibile, id est contra rationem, quicquid vero percipit esse possibile, id non est contra rationem. Ast vero resuscitationem hominis mortui ratio percipit esse possibilem. Cum enim possibilitates rerum sunt æternæ & immutabiles, quæ res semel est vel fuit possibilis, eadem in futurum quoque manebit possibilis. Ast vita Lazari, dum adhuc viveret & antequam mortuus esset, fuit possibilis, ab esse namque ad *Possit omnino valet conclusio*. Ergo vita Lazari, postquam jam fuit mortuus, itidem est possibilis. Quæ igitur ratio humana intelligit atque agnoscit existere Ens omnipotens, quod omnes res possibles in sua habet potestate; eadem quoque percipiet restitutionem vitæ, seu resuscitationem Lazari ex mortuis non esse contra rationem. Proinde quia consimili argumentatione ostendi potest, singula miracula divina, quæ in S:ra S:ra narrantur, non esse contra rationem, neque quidquam absurdum involvere, nobis quidem, qui ea refutanda censem, Spinoza garrire videtur.

§. V.

Quod ad Christianos attinet, supervacaneum omnino est, multis demonstrare, eos mox a primo Christianismi initio agnovisse ~~Georgievitav~~ Librorum Sacrorum Veteris Testamenti. Sufficit verbo monuisse, Salvatorem in secula benedictum huic in primis fundamento doctrinam suam inædificasse, scilicet, ut discipulis suis immitteret Spiritum Sanctum, qui illos plenius & apertius doceret Scripturas V. T. divinas. Sic enim oportebat illos discere in Christo completum esse negotium salutis a Prophetis olim annunciatum. Mox quoque Apostoli, Spiritu Sancto mirabiliter afflati atque eruditi, ex Scripturis antiquis mysteria Christianismi prædicarunt, & simul diligens Scripturarum scrutinium auditoribus commendarunt, Act. II. 15, 22, 25. insuper asleverantes Prophetas V. Testamenti non ex suo ingenio hæc mysteria finxisse, immo ne quidem ex suo arbitrio eadem protulisse sed ~~non~~ in ~~autem~~ πνεῦμα Χριστοῦ, spiritum Christi qui in ipsis fuit, illis hæc revelasse, ipsos autem Prophetas cum ardentis desiderio & singulari studio, quæ iis revelabantur, mysteria considerasse, prædictisse & scriptis consignasse, I. Petr. I. 10, II. 2. Petr. I. 20, 21. Igitur vel hinc manifestum est ~~Georgievitav~~ S:rae S:rae V. T. a primis Christianis non potuisse in dubium revocari (t). Eosdem vero æqualem audio.

(t) Nullum omnino est dubium, quin Christiani æ-

auctoritatem divinam tribuisse Apostolorum quoque Scriptis, neque id prolixam postulat demonstratio-
nem. Subitanea illa conversio gentium ad fidem Christianorum, quæ verbi prædicati virtute divina, Apostolorum in DEUM fiduciâ, contemtu dirissima-
rum persecutionum paradoxa, & magna miraculo-
rum divinorum frequentia, accelerabatur, satis su-
perque demonstrat, qualem fidem conversi tribuerint E-
vangelio sive oretenus auditio sive ex litteris percepto.
Certe mira illa animi constantia, qua, in ecclesia
pressa, Christiani adhæserunt doctrinæ ab Apostolis
traditæ atque ex eorumdem libris hancstæ, luculen-
ter ostendit, illos credidisse doctrinæ Θεοπνευστæ. Quid
quod cœtum Christianorum quorundam dissensus
aut dubitatio de libris nonnullis, quorum γνῶσην
atque Apostolicam originem alii agnoscebant, utrum
videlicet illi libri pari cum reliquis Novi Testamenti
Scriptis loco essent habendi, an non; non solum de
eo nos certiores reddit, quod non temere, sed cum
magna sollicitudine ac circumspectione libros Novi
Testamenti vere Θεοπνευστæ discreverint antiqui, ve-
rum etiam firmissime commonistrat, communi dissen-
tientium consensu divinam librorum Sacrorum No-
vi Testamenti auctoritatem attestatam esse. Nisi
enim

que se Judæi crediderint Libros Sacros Veteris Testamenti
esse Θεοπνευστæ, quemadmodum profitetur Origenes: τὰ βι-
βλία Ἰησοῦ χριστοῦ πνεύματι ὁμολογέσθαι αὐτόνει Lib. 5.
confra Celsium.

enim hoc utrinque admissum esset, tali quidem quæstioni nullus fuisset locus. Si qui vero Scripta Apostolorum non admiserunt tanquam regulam fidei, illi, uteunque nomen Christi profiterentur, hæreses damnabantur (v). Quemadmodum vero in ecclesiæ E pri-

(v) Sufficit nobis ex antiquitate binos hujus rei testes citare. Sic autem divus Irenæus: *Non enim per alios dispositionem salutis nostræ cognovimus, quam per eos, per quos Evangelium pervenit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt, postea vero per DEI voluntatem in Scripturis nobis tradiderunt, fundamentum & columnam fidei nostræ futurum.* Neque enim fas est dicere, quoniam ante prædicaverunt quam perfectam haberent agnitionem, sicut quidam audent dicere, gloriantes emendatores se esse Apostolorum. Postea enim quam surrexit Dominus noster a mortuis, & indui sunt, superveniente spiritu Sancto, virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, & habuerunt perfectam agnitionem, exierunt in fines terra, ea qua a DEO nobis bona sunt evangelizantes, & celestem pacem hominibus annunciantes, qui quidem & omnes pariter & singuli eorum habentes Evangelium DEI. - - - Et omnes isti unum DEUM factorem celi & terra a Lege & Prophetis annunciatum, & unum Christum Filium DEI tradiderunt nobis; quibus si quis non assentit, spernit quidem participes Domini, spernit autem & ipsum Christum Dominum, spernit vero & Patrem, & est a semper ipso damnatus, resistens & repugnans saluti sua: quod faciunt omnes hæretici. Adversus Hæres. Libr. III. c. I.

Alter nobis testis sit Epiphanius, qui graviter carpit anomœos, quia contemtim de Scriptura Sacra locuti sunt,

primitivæ temporibus simplici fidei & mutuæ chari-
tati potius studebant Christiani, quam curiosis & ri-
xosis quæstionibus, quæ tum demum invaluerunt,
postquam doctrina in ordinem artificialis systematis
redigi cœpit, atque ecclesia in partes scissa est; ita
neque est probabile, ut ab antiquis Patribus subtiles
de materia substrata quæstiones recentiori ævo &
quidem proh dolor, cum magno rei Christianæ de-
trimento ventilatas, discusse examinatas habeamus.
Immo si quid ex occasione quasi dictum reperiatur,
dum quidem res in quæstionem non veniret, peri-
culum est, ne ex iis, quæ bona fide dixerunt, si
rigidius examinentur, quam par est, effungi atque
procudi queat, quod ipsimet neutiquam agnosce-
rent, si quidem ipsis liceret verba sua interpretari.
Has itaque ob caussas nos hinc breviter expedie-
mus. Primum vero nobis se hic offert Irenæus,
qui

dixeruntque Apostolos circa scribendum humani quid esse
passos. Is vero, Blaspemant, inquit, Prophetarum nomi-
na & Apostolorum, quum ab aliquibus redarguantur ac ca-
stigantur recurrentes & resilientes ac dicentes: hoc Apostolus
velut homo dixit. Aliquando vero: quid mibi profers ea,
qua sunt in veteri Testamento? Non est autem hoc mirum
juxta ea, quæ ab ipso Salvatore aïda sunt, nempe si pa-
trim familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos
ipsius? Si itaque ipsum Dominum & veram ipsius gloriam
negant, quanto magis Prophetae ipsius & Apostolos? Epiph.
Heræf. LXXVI.

qui universim docet, Scripturam Sacram perfectam esse, quippe a verbo DEI & Spiritu ejus dictam. (u). Idem disputat contra quosdam, qui dixerunt corpus esse medicamentum, seu caussam oblivionis. Ad hanc positionem convellendam provocat ad exempla Prophetarum, qui in hominem conversi, celsante spirituali visione cælestium, memoriâ tenent atque aliis annunciant, quæ sic viderunt vel audiverunt; atque hinc concludit, corpus non esse medicamentum oblivionis. Sed etiam scribendo res quædam annuntiatur, quemadmodum Cicero dixit Historiam esse nuntiam vetustatis. Si igitur fas est ex illa Irenæi argumentatione concludere, quid de rerum ~~scripturæ~~ ^{scriptio}ne cogitaverit, videtur omnino posse, Prophetas ex sua memoria naturali, post quam jam transiit afflatus numinis, visiones seu prophetias scripsisse (x). Juxta tamen observamus Irenæum

E 2

non

(u) Quod de parabolârûm sensu, contra Scripturam non explicando, pie monet Irenæus, id ad nostram quoque materiam pariter applicari potest. Nimirum: *Habentes itaque regulam ipsam veritatem, & in aperium possum de DEO testimoniū, non aebemus per questionum aeclinantes, in alias atque alias absolutiones ejicere firmam & veram de DEO scientiam.* — — — quia *Scriptura* quidem perfecta sunt, quippe a Verbo DEI & Spiritu ejus dictæ, Loc. cit, lib. II. c. 47.

(x) Verba Irenæi sic jacent: *Sed & Prophetæ ipsi, cum essent in terra, quæcumque spiritualiter secundum visionem cælestium*

non modo res, sed etiam verba citare ex Scripturis sacris, iisdemque cunctis veritatem Scripturæ divinæ consentaneam tribuere. Deinde χαλκεύπερος & Adamantius ille Origenes commemorandus est, qui etiamnum puer profundiores sensus scrutabatur, patique negotium haud leve faciebat, sciscitatus ex illo quid sententia divinitus inspiratae Scripturæ significaret (y). Deinde vero ætate proiectus Commentarios homiliasve in singulos fere V. ac N. Testamenti libros aut scripsit aut dictavit. Qualem hic S:æ S:æ εσοτιευσίας tribuit, vel inde colligitur, quod ubique triplicem sensum, scilicet litteralem seu historicum, mysticum atque moralem ex illa investigare ac eruere consuevit. Chrysostomum vel ideo heic nominamus, quod pro mellifluo, quo excelluit, dicens genere, in suis homiliis, & copiose & ad concitandos in affectum animos accommodate adfert dicta S:æ S:æ; adeo ut legenti nullum suboriri que-

at

vident vel audiunt, iosi quoque meminerunt in hominem conversi. & reliquis annunciant: & non corpus oblivionem efficit animæ eorum, que spiritualiter visa sunt, sed anima docet corpus, & participat de spirituali facta visione loc. cit. c. 60.

(y) Euseb. Hist. Eccles. Lib. VI. c. 2. Et hoc suum pueru non fuerat ingratum, sed animu ad illud adeo accibuerat prouptum, ut contentus non esset simplici & obvia sacrorum verborum lectione, sed jam amplius aliquid inquireret, & profundiores theorias scrutaretur, ita ut patri quoque negotium faceret subinde interrogando, quidnam divina Scriptura mens significare vellat.

at dubium, quin ex singulis quoque Sæ Sæ voci-
bus vim divinam Chrysostomus elicere voluerit (z).
Idem hoc de plurimis Patribus facile demonstratu-
foret; sed supervacaneum est, de re notissima pro-
lixius disserere. Id vero imprimis ad rem nostram
facit, ut Hieronymi ne simus immemores. Quem
is Origeni hubuit honorem, *Magistrum ecclesiarum*
post Apostolos illum appellans, eundem fere ipsi redde-
re videntur, qui eum *alterum ecclesiæ Originem* vo-
cant. (aa). Quamquam vero Hieronymus, uti reli-

E 3 qui

(z) Sat erit ex Chrysostomo hæc adduxisse verba:
Si Scripturas sanctas assidue audierimus, reperimus hujus modi
exempla permulta. (Quæ, inquit, instruere te possunt ad sa-
lutem) quippe & que agenda sunt, docent *Scripturae.* Au-
diensque quid alibi idem hic *Apostolus* dicat: confidis & ipsum lumen
esse eorum qui in tenebris sunt. *Vides ut lux in tenebris sit is,*
qui litteras docet. Si lux littera est, que occidit, quid erit
Spiritus, qui lucem facit? Si *verus Testamentum* lux est, quid
paramus novum, ubi tanta reserata sunt? *Homil. VIII. in E-*
pist. II. ad Tim.

(aa) Jo. Fr. Buddeus in *Ifag. Hist. Theol. L. 2. c. 8.*
§. 9. Tandem ad Hieronymum accedimus, quem nonnulli merito
alterum ecclesia Origenem vocant, quod in *Scripturis* inter-
pretandis non minorem industriam studiique collocaverit, quam
Origenes, cui etiæ ingerii acumine cesserit, multum tamen lingue
Ebree eum superaverit peritia. Erasmus vero scribens velle
se Hieronymianas Epistolas commentariis illustrare, eum col-
laudat hunc in modum: *Niovet me viri cœlestis & omnium*

qui Patres Christianismi Zelo celebres, Scripturam Sacram ~~convenienter~~ veneratus est, eam tamen in autores sacros exercuit censuram, quæ magno deinde fuerat præsidio illis, qui negarunt ~~convenienter~~ sese extendisse vel ad res prius cognitas, vel ad stylum seu formam scriptiorum atque ipsa verba scripta. Sic in Commentario ad verba Pauli: *quis vos fascinavit ad Gal. III. 1.* notat Paulum ex vulgi opinione, quam erroneam esse suspicatur, sumuisse verbum *fascinavit* (bb). Eod. Cap. v. 15. ad hæc verba: *secundum hominem dico*, monet Hieronymus, Apostolum ista apposuisse, quia jam non reconditos sensus ad Galatas erat prolaturus, sed quotidiana & vilia, & quæ possint (nisi præmisseret *secundum hominem dico*) prudentibus displiceare. Similiter circa constructionem verborum Gal. VI. 1. observat, Apostolum, contra genium linguae dictis pluraliter: *vos qui estis*, addidisse in numero fin-

Christianorum sine controversia longe tum doctissimi tum facundissimi pietas: cuius scripta quum digna sint que ab omnibus passim legantur & edificantur, vix pauci legunt, pauciores mirantur, paucissimi intelligunt. Epist. L. V. ep. 19.

(bb) Hieronymi verba hæc sunt. Quod autem sequitur: *quis vos fascinavit*, digne Paulo, qui eti imperitus est sermone non tamen scientia, debemus exponere: non quo scierit esse fascinum, qui vulgo putatur nocere, sed usus sermone sit trivii: & ut in ceteris, ita & in hoc quoque loco, verbum quotidiane sermocinationis assumserit &c.

singulari: considerans te ipsum (cc). Etjam circa dictum ad Eph. III. 3. quod attinet ad consequentiam sermonis, observat, præmissile quidem Apostolum: hujus rei gratia ego Paulus vincius IESU Christi pro vobis gentibus: ast nihil ei, quod sic præmisit, reddidisse; hoc est, Si terminis technicis rem explicamus, posuisse Protasin, & omisisse Apodosin; atque adeo, suspensa manente sententiâ, transgressum esse ad alia. Addit vero, excusandum esse Paulum, quia ipse confessus est, se esse imperitum sermone, non tamen scientia 2. Cor. XI. 6. (dd) Mittimus reliquas cen-

(cc) Verba auctoris sic sonant: Qui putant Paulum juxta humilitatem, & non vere dixisse: et si imperitus sermone, non tamen scientia. defendant hujus loci consequentiam. Debuit quippe secundum ordinem dicere: vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerantes vosmet ipsos, ne & vos tentemini, & non plurali inferre numerum singularem. Hebraus itaque ex Hebreis & qui esset in vernaculo sermone doctissimus, profundo sensus aliena lingua exprimere non valebat: nec curabat magnopere de verbis, cum sensum haberet in tuto.

(dd) Addit quoque Hieronymus ad locum Eph. III. 3. sui ipsius excusationem, his verbis: Si vero quis potest etjam juxta sermonis & eloquii contextum docere Apostolum fuisse perfectum, & in Artis Grammaticæ vitia non incuruisse: ille potius auscultandus est. Nos quotiescumque Solæcismos aut tate quid annotamus: non Apostolum pulsamus, ut malivoli criminantur, sed magis Apostoli assertores sumus: quod Hebraus ex Hebreis,

censuras, quas adhibuit in homines θεοπνέυστα, ne viri doctissimi & de ecclesia optime meriti manes nimis sollicitare videamur; solum addimus, Hieronymum primum hæc talia non statuisse, ipse namque mentionem facit aliorum, qui etiam σφάλματα μημονιά Scriptoribus Sacris tribuerunt; qualem quidem errorem avertere studuit Hieronymus (ee). De magno

absqæ rhetorici nitore sermonis, & verborum compositione, & eloquii venustate, nunquam ad fidem Christi totum mundum traducere valuerit, nisi evangelizasset eum non in sapientia verbâ sed in veritate DEI Iste igitur qui solœcismos in verbis facit, qui non potest hyperbaton reddere sententiamque concludere, audacter sibi vendicat sapientiam: & dicit: quoniam secundum revelationem cognitum est mihi mysterium, sicut præscripsi in modico.

(ee) Patet hoc ex Comment. in Mich. V. 2. ubi monet, hæc verba: *Et tu Berilehem Ephrata &c.* diffona esse iis, quæ ex eodem hocce loco citantur. Matth. II. 6. & quidem factum id esse non Evangelistæ errore, sed scribatum & sacerdotum negligentia. Hieronymi verba sic jacent: *Quod testimonium nec Hebraico, nec LXX, interpretibus convenire, me quoque facente, perspicuum est: Et arbitror Mattheum, volentem arguere Scribarum & Sacerdotum erga divina Scriptura lectionem negligentiam, sic etiam posuisse, ut ab eis dictum est.* Sunt autem qui afferant, in omnibus pene testimoniosis, qua de Veteri Testamento sumuntur, iſtuimodi esse errorem, ut aut ordo mutetur, aut verba, & interdum sensus quoque ipse diversus sit,

gno illo Hipponeñium; Præsule Augustino breviter monemus, posuisse hunc, esse Scriptores sacros eloquentes eloquentia tali, quæ illis congruebat, illosque composuisse ea, quæ eloquenter dicta sint, non intenta in eloquentiam sapientia, sed a sapientia non recedente eloquentia. Proinde, quemadmodum fere posuit Hieronymus, non in obrectatorum gratiam, sed pro veritate rei dixisse Paulum: *se esse imperitum sermone*, Augustinus quoque adseruit. (ff).

§. VI.

Quemadmodum antea notavimus, Doctores ecclesiæ perpetuò sic tuebantur divinam S:rae S:rae originem, ut singula quoque verba sensum divinum fundere assererent (gg). Atque si quis stilum aut

F ver-

vel Apostolis, vel Evangelistis non ex libro carpentibus testimonias, sed memoria creditibus, que nonnunquam falluntur.

(ff) Aug. de Doctr. Christ. Lib. IV. Sed forte quis putat tanquam eloquentem nostrum elegisse me Apostolum Paulum. Videtur enim ubi ait, et si imperitus sermone sed non scientia: quasi concedendo obrectatoribus sic locutus, non tanquam id verum agnoscere confundendum. Si autem dixisset imperitus quidem sermone, & non addidisset, sed non scientia, nullo modo aliud posset intelligi. Scientiam plane non cunctatus est profiteri, sine qua esse gentium Doctor non veleret.

(gg) Dum ab evangelica lenitate degeneravit sedes

verba ipsa, non Spiritui Sancto, sed scriptoribus
sacris tribuebat, ille quidem ideo heterodoxie
damnatus non fuit. Sic Agobardus Archiep. Lugdun.
sec. IX. non veritus est pronuntiare, *rem absurdam
esse, si quis credit, Spiritum Sanctum inspirasse ter-
minos*

Apostolica Romana, usque adeo ut igne flammisque in oves
Christi saviret, atque expeditionibus crucis orbem poten-
stati sua subjicere anniteretur; nunquam tamen desilit testa-
ti, scripturis sacris, tanquam *Oracione S. Iosephi*, divinam reveren-
tiam deberi. Probatur hoc ipsum exemplo orationis, quâ
Johannes de Ragusio Ordinis Prædicatorum Procurator Ge-
neralis respondit in concilio Basileensi, A. 1432. ad articu-
lum I. Bohemorum, ab Hussilarum advocate propositum. Sic
autem ille: *in primis igitur tanquam omnium fundamentum firmissimum stabilitur, quod omnis scriptura veteris & novi Testa-
menti, contenta in volumine Biblia, sit edita ab auctoribus suis
Spiritu S. inspirante - - - - ex quibus sequitur, quod princi-
palis auctor sacrarum scripturarum est Spiritus S., qui est DEUS:
homines vero, per quos edita & conscripta sunt, fuerunt quasi
instrumenta & calami ejusdem Spiritus Sancti.* Secunda supposi-
tio est: *tanta est certitudo veritatis sacrarum scripturarum, ut
nihil in eis assertive possum, aut expressum possit esse mendosum
aut falsum. - - - - Quinta suppositio. Sensus literalis
sacrarum scripturarum principatis est ille, non quem litera preten-
dit, sed quem auctor earum, scilicet Spiritus S. intenait. --- Sexta
suppositio. Fides & omnia necessaria ad salutem, tam crea-
denda quam agenda, fundantur in sensu literali, & ex ipso solo
argumentatio sumitur, ad probandum ea, qua fidei sunt,
vel necessitatis ad salutem, & non ex his, qua secundum alle-
goriam vel alium sensum spiritualem dicuntur. - - - Septima*

minos loquendi & verba (bh). At vero tandem, sublatis quasi signis, in meditullio ecclesiæ Romano-Catholicæ acriter de hujus *Georusiac* indole disceptari cœptum est. Talium controversiarum bina exempla proferemus. Primum scilicet ex epistolari colloquio Johannis Eckii atque Erasmi Roterodami. Eckius disputatione, scriptis atque Zelo contra Lutherum atque Protestantes famosus Romanensium athleta, quem propter molestam impiæ garrulitatis coxationem, Lutherus, in Præfatione ad apocalypsin, posuit esse e numero ranarum de ore beltiæ exeuntium, quarum mentio fit in Apoc. XVI. 13. hic, inquam, Eckius admonuit immo punxit Erasimum Roterodamum, quia in suis annotat. Ad Evang. Matth. c. 2. sic scripserit: *Sive quod ipsi Evangeliste testi-*

F 2

mo-

Suppositio. S. Scriptura in sensu liberali sane & bene intellecta est infallibilis fidei regula & (intellige explicite, vel; implicite ut ipse me, infra se explicat) sufficientissima. Vid Severini Binii Concilia Gen. & Prov. Tom. IV. P. I p. m. 248. &c.

(bh) Bened. Pictet hoc narrat in *La Théologie Chrét.* Tom. I. p. m. 86. his verbis: Abogard, dans sa réponse à Frédigise, dit, que *c'est une absurdité de croire que le Saint Esprit ait inspiré les termes & les mots.* De hoc Agobardo testatur cel. Buddeus, eum esse multis ingenii monumentis, pro sæculi conditione, clarum, eundemque doctrinæ orthodoxæ, qualis eo tempore erat, strenuum vindicem Isag. Hist. Theol. L. II, c. 7. §. 5.

monia hujusmodi non e libris deponserint: sed memoriae fidentes, ita ut sit, lapsi sint. His enim verbis, visus est Erasmus innuere, more humano scriptisse Evangelistas. Humanum namque est, libros consulere, memoriae confidere, labi posse. Absit vero ut talia quis suspicetur de viris ~~επονέσοις~~, quos, etiamsi illiteratos & analphabeticos assumuit Spiritus Sanctus, doctissimos tamen reddidit. Sic namque vacillaret S:rae S:rae auctoritas. Deinde & id male habet Eckium, quod Roterodamus ad Aucto. c. X. annotavit haec verba: *Tum etiam, cum grāce scribunt Apostoli, multum referunt ex proprietate linguae suae . . . Nam Apostoli grācitatem suam non e Demosthenis Orationibus, sed e vulgi colloquio didicerunt.* Hoc minus sobrie a homine Christiano scriptum esse monet; accepta enim in die pentecostes Spiritus Sancti gratia, eloquentur Apostoli variis linguis magnalia DEI. Quare non a Grācis, sed a Spiritu Sancto grācitatem suam didicerunt. Ad haec ipsa respondit Erasmus, circa c. II. Matthæi, se non definiisse quæstionem, propotuisse solummodo orationem disjunctivam bimembrem, atque simpliciter quasi recensuisse ea, quæ leguntur apud divum Hieronymum interpretem. (confer. §. præc. lit. ee.) Neque vacillare auctoritatem totius S:rae S:rae, sicuti memoria lapsus Evangelista nomen ponat pro nomine: puta *Ezaiam* pro *Hieremia*. Ut enim non protinus de tota Petri vita oporteat male sentire, etiamsi Augustinus & Ambrosius affirment illum, post acceptum cælestem Spiritum, alicubi lapsum esse: ita non con-

continuo fidem abrogari omnem libro, qui nævum aliquem habeat. Notrum non esse, præscribere, quomodo Spiritus ille Discipulorum organum temperavit, qui, quocunque modo temperavit, sic temperavit, ut ipse noverat ad salutem humani generis maxime conducere: sic illis aderat, quatenus ad evangelii negotium pertinebat, ut tamen alicubi homines esse sineret. Neque tamen se dicere, Apostolos usquam esse lapsos; se vero negare, ob quemvis lapsum universæ Scripturæ fidem vacillare. Deinde ad id, quod indignum visum est Eckio, Apostolos librorum adminiculis usos fuisse, his respondet verbis: *Quid, inquit, facies de Paulo, qui sibi cum penula libros iubet remitti, præsertim in membranis descriptos?* Neque enim vetuit Christus, ne sarcos libros evolverent, ad quos bortatur Timotheum suum Paulus, sed ne ad judices meditatis orationibus instructi venirent. Præterea quod attinet ad illam græcitatem, monet, non necesse esse, ut protinus ad miraculum revocetur, quicquid fuit in Apostolis: non negari donum linguarum: legi, Apostolos miraculo locutos esse atque ab omnibus intellectos, sed græce locutos miraculo non legi; quod ut maxime contigisset, non tamen necesse esse, miracula in Apostolis facere perpetua: tempore Apostolorum totum fere Orientem græce locutum fuisse; unde probabile sit, eos quoque ex vulgi colloquio potuisse græce discere; neque vero Spiritum oblivione obliterasse, quod antea didicerant: non posse dissimulati sermonis ruditatem atque barbariem, quam in Apostolicis litteris videmus, atque dudum viderunt

Patres Græci, hujus quidem rei judices maxime competentes; neque proinde græcitatem illam esse donum cœlestis, cum spiritus Sancti perfectiora sint opera, quam naturæ aut industriæ humanae (ii). Verum enim vero, quam sic exorsus fuit Erasmus contra receptam ab ecclesia doctrinam, lis velitatio ne privata componi non potuit. Itaque quemadmodum vel magnâ nominis celebritate, ut solet fieri, in multorum odium incurrerat Erasmus, sic neque defuerunt, qui varios Articulos hæreticos & schismaticos ei objecerunt atque ipsi Inquisitioni Hispanicæ cognoscendos dijudicandosque detulerunt. In tali negotio præcipuam sedulitatem exhibuit colluvies quædam monachorum Hispanorum, qui in perniciem Erasmi conspirarunt, atque id in primis in votis habuerunt, ut suo more, id est, crudeliter in eum ageret tyrannica inquisitio (kk). Hinc igitur enara est Eras-

(ii) Vid. Epistolarum Erasmi Rot. Lib. 2. ep. 25, 26.

(kk) Lud. Vives per epistolam de ista accusatione certiore fecit Erasmus, his verbis: *Misi ad te nuper, quæ mihi erant illinc (ex Hispania) scripta; credo esse tibi redditæ; quæ si non acceperisti, longa esset retinxenda fabula. Summa tamen hac erat, delatum est nomen tuum a mendicantibus ad summum Quæstorem, Archiepiscopum Hispanensem: itum esse in consilium & aquisitionem: - - esse auditæ in te fratrum criminæ - - Haec tibi fuisse expofui. Postea accepi litteras - - in illis ad te pertinent hac: Hic magno animo monachi*

Erasmo occasio denuo explicandi mentem suam de ~~theomusias~~ ratione, & quidem his verbis: *Nunc teſtor me abhorſere ab illa oblivione tribuenda Apoſtolo* (II). Alterum in ecclēſia Pontificia de hac re bellum exarſit anno 1586. Nimirum Patres Jesuitici Collēgi Lovaniensis promulgārunt anno prædiſlo quādam propositiones, circa Articulos de gratia, prædestinatione & Scriptura Sacra, quāe propositiones variam novitatem doctrinæ continere videbantur Theologicæ Facultati Academiæ Lovaniensis. Proinde hæc Facultas, quod materiam ſubſratam attinet, ex Jesuitarum aſſertis tres elicit theſes, quas ſimul editā cenzurā perſtrinxit, atque tanquam peregrina, offensiva & periculosa dogmata damnavit. Theſes iſtæ ſic ſonant: I. *ut aliquid fit Scriptura Sacra, non eſt necesse*

bellum adverſus Erasmus ſuſcepere. Id moluntur, in id vigeſtant, ut omnium Erasmi librorum lectione Hispanis interdicatur.
-- Preſt Inquisitor Reverendissimus D. Hispanensis -- qui
borum impetum aliquamdiu compressit; Sed ſatisfacere omnibus nequit, & mira eſt illorum rabies, jam aliquot diebus pu-
blice quoque legi in cœnobiis deſitum eſt, ut in Erasmus ſin-
guli quid excuderent. Prolati ſunt aliquot articuli, quos illi
hereticos & ſchismaticos vorant. -- Nos dolemus, quod opera
ferre afflatis rebus minime queamus. Nam confeſtim magnum
audentibus periculum immineret. Sed quid ego hoc apud te ho-
minem Hispanum, qui hanc tyrannidem ſatis cognitam habes,
Vid. Epift. 18. illarum, quāe auctarii loco acceſſerunt ad
L. IV. Ep. Phil. Melanct.

(II) Erasm. Apol. adv. monach. quodſd. Hisp.

necessarium, singula ejus verba inspirata esse a Spiritu sancto. II. *Non est necessarium, ut singulae veritates & sententiæ sint immediate a Spiritu Sancto ipse scriptori inspiratae.* III. *Liber aliquis, qualis fortasse est secundus Maccabeorum, humanæ industria sine assistentia spiritus scriptus, si Spiritus Sanctus postea testetur ibi nihil esse falsum, efficitur Scriptura sacra.* Neque multo mitiorem his Jesuitarum assertis censuram adhibuit sacrae Theologiae Facultas Duacensis, quæ, jussu Archiepiscoporum, scilicet Cameracensis ac Mechliniensis, nec non Episcopi Gandavensis (mm), eadem examinavit, atque eodem, quem diximus anno, eorundem improbationem simul cum altera illa Facultate evulgavit. Tantum vero abfuit, ut Jesuitæ, has perpessi censuras, sententiam mutarent, ut theses istas mox pro suis agnoverint, comprobarint scholiisque illustrarint. Immo postea quoque eidem sententiæ inhæsisse Jesuitas, probatur exemplo Cornelii a Lapide, qui hujus

(mm) Mox a primis initiis constituti ordinis Jesuitici, atque his quoque temporibus, ad motus potius concitandos, quam ecclesiæ pacem faciendam valere hunc ordinem judicarunt quilibet prudentiores. Imprimis vero illi, qui res sacras curabant, hanc Lojolæ societatem ægre ferebant. Improbatum fuit Jesuitarum nomen, ut arrogantiæ plenum, quo dicere visi sunt, solos se ecclesiam constituere. Multis admodum privilegiis, libertatibus & immunitatibus, in præfulum & sacri ordinis præjudicium, contra scholarum ac Academiarum privilegia, donati fuerunt. Et id quoque viatio ipsis datum fuit, quod nulla re ab aliis secularibus iusto ritu, ceremoniis ac vivendi norma, quibus monachorum or-

ius erat sectæ Socius (nn). Ex cœtu Protestantium, præ aliis notandus heic est Hugo Grotius, qui diserte pronunciavit, non omnes libros, qui sunt in Hebræo Canone, esse a Spiritu Sancto dictatos: historias præsertim non fuisse opus dictari: satis fuisse, Scriptorem memoriam valere circa res spectatas, aut diligentiam in describendis veterum commentariis: & quod in specie attinet S. Lucam, si divino afflato dictante sua scripsisset, inde potius eum summisse auctoritatem, ut faciunt Prophetæ, quam a testibus, quo-

G rum

dines distinguuntur, different. Has ob res Stephanus Pascius, pro Academia Parisensi, contra Jesuitas, in Senatu perorans Lojolam cum Lutherio comparavit, & ambos diversa ratione in idem conspirare afferuit, ut legitimam magistratus auctoritatem labefactent, disciplinam ecclesiasticam enervent, ac omnia divina & humana jura confundant, vid. Thuani Histor. sui temp. Tom. I. Lib. XXXVII.

(nn) Comment. in Epist. II. ad Tim. c. 3. v. 15. hanc subjungit Cornelius a Lapide explicationem: *Nota Spiculum S. non eodem modo dictasse omnes sacras literas. Nam legem & Prophetias ad verbum revelavit & dictavit Mois & Prophetis. Historias vero & morales exhortationes, quas antea vel visa, vel auditu, vel lectione, vel meditatione didicerant ipsi Scriptores Hagiographi, non fuit necesse inspirari, aut dictari a Spiritu S. utpote cum eas scirent aut calerent ipsi scriptores. Sic S. Johannes c. 19. v. 35. dicit se scribere, que vidit. S. Lucas vero cap. I. v. 2. dicit se scribere evangelium, quod aua dixit & traditione accepit ab apostoli. . . . Dicitur tamen*

rum fidem est secutus (oo). Ex hac Grotii sententia occasionem hallucinationis captasse Spinozam sani quilibet & Pontificii & Protestantes dolent. Postea tamen etiam inter Protestantates in varias circa hanc materiam itum est partes, atque multa disputata sunt. Hæc vero sigillatim recensere, id omnino esset consueti exercitii Academici modum excedere. Præterea neque tempus nobis jam suffpetit, tam scrupulosâ diligentia hæc prosequi, quam requirunt jura arctioris societatis; quare consultum nobis visum est, nihil potius eorum, quæ gesta sunt, narrare, quam imperfecte caussam socrorum tradere. Solummodo addimus summariam rei narrationem, quam dedit vir præclarus ingenii ac judicis Joh. Laur. MOSHEIM. Hanc vero narrationem sic apponimus, ut ne quidem in eam nos interposuisse censeamur. Sic vero ille: „Duo sunt in S:ra S:ra: materia seu ipsæ veritates, & forma seu stilus, vocabula, phrases,

Spiritus S. ea quoque illis dictasse primo, quia scribentibus adficit, ne vel in punto a veritate aberrarent: secundo, quia eos excitavit & suggestit, ut hæc potius scriberent, quam illa. Conceptum ergo & memoriam eorum, quæ sciebant, non eis ingessit Spiritus S., sed inspiravit, ut hunc potius conceptum quam illum scriberent. De cetero vide Historiam hujus controversiae cum Jesuitis subiectæ, in *Histoire Critique du texte au N. Test.* par Rich. Simon, chap. XXIII.

(oo) Vid. vot. pro Pac: Eccl. tit. de Can. Script.

ses, constructiones &c. Multi, in primis doctores ecclæsiae nostræ, non modo omnem materiam S:rae S:ræ sed etiam formam Spiritui S. tribuunt. At sunt tamen in ecclesia nostra nonnulli, qui secus sentiunt, & docent, Spiritum S. tantum materiam S:rae S:ræ inspirasse, sed non formam. Esto propositio: *Fides sola justificat*; hæc veritas a Spiritu S. proficisciatur, & forma ejus a S. Paulo. Hujus sententia in nostra ecclesia Auctor est ipse *Lutherus*, qui in nonnullis locis scriptorum suorum clare fatetur, Spiritum S. modo materiam inspirasse. Præcipue Theologi seculi XVI. hanc sententiam habuere. Sed hæc sententia a nonnullis Pontificiis in defensionem propositionum suarum trahebatur. Hanc enim Pontificii conclusiōnem fecerunt: Si spiritus S. materiam tantum inspiravit, fieri potuit, ut Prophetæ & Apostoli in enunciando & scribendo erraverint, & satis luculenter propositiones & veritates inspiratas a Spiritu S. non proposuerint. Inde concludebant: necessarium ergo est, ut scripturæ sacræ aliud principium (traditio scilicet) adjungatur. Quum ita concluderent Pontificii, Theologi nostri deserebant *Lutheri* sententiam, & sub fine Seculi XVI. & sub initium seculi XVII. hanc sententiam assumserunt: sacram scripturam non modo quoad materiam, sed etiam quoad formam a Spiritu S. inspiratam esse. Hæc sententia primo in Saxonia oriebatur, & deinde per totam fere ecclesiam dilatata est. At supersunt tamen quidam Theo-

logi, qui sententiam *Lutheri* dimittere nolunt." (pp).

§. VII.

Quo autem majorem lucem conciliemus materiæ substratæ; nulla jam habita ratione sectarum, quâ fieri poterit brevitate proferemus argumenta, quibus diserepantes sententiæ probari solent. Affirmativas priori loco poni, rei natura postulat. Itaque, qui *genitivias S:rae S:rae* derivant ex mera immediata Spiritus Sancti actione in auctores sacros, eandemque latissime extendunt, non solum ad omnes res & veritates scriptas, sed etiam ad singula verba seu signa idearum, (quia per se obscura est hujus vocis idea §. II.) ex duobus imprimis S:rae S:rae dictis, eam colligunt *genitivias* notionem, quæ ipsorum sententiam quadrat. Prius dictum habetur 2. Petr. I. 21. *Non voluntate hominum allata est olim prophetia, sed a Spiritu S. impulsu locuti sunt sancti DEI homines.* Ex hoc dicto concludunt ad *osmon* pertinere lo Instinctum ad scribendum, qui pendet ex immediata operatione Spiritus Sancti, cum exclusione omnis deliberationis atque voluntatis, quæ Scriptoribus propria sit. 2:0 suggestionem rerum atque vocum, quas locuti sunt Prophetæ. Qui namque loquitur, is determinata in pro-

(pp) Vid. Jo. Laur. Mosheimii Elem. Theol. Dogm. C. II. §. VI.

profert signorum seriem, quæ apta sunt ad producendam determinatam seriem idearum in animo auditoris intelligentis; & qui loquitur impulsus Spiritu, is profert talia determinata verba, ad qualia profienda impellitur; non autem profert verba ab iis diversa. Alterum dictum habetur Matth. X. 19, 20. *Quandocunque tradiderint vos, ne solliciti estote, quomodo aut quid locuturi sitis: dabitur enim vobis in illa hora quid loqui debeatis. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri (est) qui loquitur in vobis.* Ex hoc dicto similiter colligunt 1:0 *ḡeōn̄v̄s̄iā* excludere omnem præmeditationem dicendorum, quia oportebat auctores sacros non esse sollicitos de dicendis. 2:0 ad *ḡeōn̄v̄s̄iā* pertinere suggestionem immediatam rerum, quia exstat: *dabitur vobis quid loqui debeatis.* 3:0 item suggestionem verborum, phrasium ac constructionum, seu cunctarum partium, quæ ad stilum pertinent; id namque voce *quomodo* designatur. Non vacat nobis prolixius narrare, quomodo hanc *ḡeōn̄v̄s̄iā* notionem præterea confirmant. Addemus vero præcipua quædam argumenta, quibus demonstratum eunt, hoc sensu *ḡeōn̄v̄s̄iā* esse, quicquid S:ris S:ris veteris & novi Testamenti continetur. 1:0 Primo loco ponimus argumentum, quod Scripturæ dictis citatis inædificant. Scilicet argumentantur *a minori ad majus*: si sapientiæ divinæ conveniebat, impendere talem hanc miraculosam inspirationem locutioni Prophetarum & Apostolorum, dum paucis contemporaneis eloquia divina narrabant, vel dum in judiciis Judæorum ethnicorumve ob ver-

bi divini prædicationem vexabantur; multo magis eidem sapientiæ divinæ congruum fuit, tali miraculo fulcire eosdem homines DEI cunctos, dum, in usum omnium toto orbe ac futuris seculis gentium, eadem eloquia divina litteris consignarunt. 2:0 Declaratâ jam & confirmata notione *Georiusias*, alterum argumentum sua sponte fluit ex dicto 2. Tim. III. 16. Quia Paulus ibi expresse dicit, omnem Scripturam esse *Georiusionem*. Universalis ergo hæc assertio non solum valet de omnibus libris sacris V. Testamenti, sed etiam de Novi Testamenti voluminibus singulis, & illis quoque, quæ, postea quam Paulus hoc pronunciavit, scripta sunt. Fuit namque Paulus instrutus Spiritu Prophetico; atque, sic de futuris etiam Scripturis vera prædixit. Præterea quia ad S:ram S:ram non solum pertinet materia, sed & forma; ex universalis ac illimitata hac *Georiusias* assertione & res scriptas & verba quoque ordinemque verborum inspirata esse concludunt; quia nulla idonea ratio dari queat, ob quam restringi debeat assertum universale. 3:0 Tertium argumentum formatur ex fine S:ræ S:æ, propter quem tradita nobis est. Is enim requirit, ut certi simus de divina veritate omnium rerum scriptarum. Proinde necesse est, ut singulæ res & singula verba ab infallibili Spiritu Sancto ad calatum dictata sint. 4:0 Quartum est argumentum, quo stilus Spiritui S. vindicatur. Videlicet scriptores sacri testantur, se loqui sermonibus, non quos humana sapientia docet, sed quos docet Spiritus Sanctus. I. Cor. II. 13. Contextus enim clare ostendit, sub isto voca-

vocabulo *logi* intelligi heic debere etiam ea, quæ scribendo, vel per epistles locuti sunt Apostoli. Huc referuntur alia Scripturæ dicta quam plurima, ex. gr. 2. Sam. XXIII. 2. *Spiritus Jehovæ locutus est in me, & sermo ejus (fuit) super lingua mea.* Rom. III. 2, ubi Libri sacri V. T. dicuntur *λόγος τοῦ Θεοῦ.* Juxta tamen, qui hoc argumentum tuentur, omnes fere fatentur dari diversitatem quandam stili in diversis libris biblicis; sed affirmant Spiritum Sanctum, dum cuilibet scriptori dictavit singula verba, accommodasse se ad ingenium eiusvis scriptoris. 5:0 Quinto loco ponimus sequens argumentum: Possunt res quædam aut veritates aliis atque aliis verbis, item alio atque alio verborum ordine describi; ast ex pluribus istis possilibus verbis verborumque constructionibus non nisi una dari potest series verborum, quæ verum Spiritus Sancti sensum, qui itidem non nisi unus est, perfecte reddit. Quia vero simplices rudesve erant saltim quidam scriptorum sacrorum, adeo ut valde imperfekte quandoque intelligerent ea, quæ scribi oportebat: non potuerunt hi scriptores ex pluribus istis possilibus eligere optimum verborum modum; igitur necesse omnino fuit, à Spiritu S. in calatum ipsis dictari singula verba scribenda. 6:0 Quemadmodum sunt auctores quidam proni ad argumenta accumulanda; sic circa hanc quoque materiam factum est, ut ex peregrinis etiam principiis (nolim dicere Philosophicis) modum divini miraculi determinare ausi sint non nulli. Sextum itaque locum tribuimus argumento, quo dicunt scriptores sacros

eros, haud fecus ac alios homines quosvis, ab ineun-
te ætate sermoni fuisse affuetatos, adeo ut vix quid-
quam talium imprimis rerum, quales in S:a S:a ex-
ponuntur, aliter quam per verba menti ipsorum ob-
versari potuerit. Hinc consciunt, spiritum S. in
suggerendis rerum Scribendarum conceptibus, verbis si-
mul usum fuisse. Quod cum ita se habeat, ratio
Scriptoribus sacris non fuit, cur alia adhuc verba,
ad conceptus suggestos litteris exprimendos, quære-
rent; unde iisdem potius verbis, quibus suggesti erant,
consignarunt.

§. VIII.

Qui contrarias, etjam inter se discrepantes, fovent
sententias atque negativas partes tuentur, illi
cuncta ista argumenta alio atque alio modo impu-
gnant. Primo concedunt quidem, existisse quan-
doque talem *Geographiam*, qualis ab altera parte posi-
tam diximus; sed negant eam ad omnes S:ræ S:ræ
partes pertinere. Quod 2. Epist. c. I 21. Petrus re-
statut de *prophetia*, quæ *voluntate hominis non allata*
est, id interpretantur intelligendum esse de mera
prophetia, seu re divinitus revelata ac prædicta, cu-
jus eventum præfigire hominis non fuit; frustra ve-
ro verba Petri extendi ad res scriptas quasvis, quia
a particulari ad universale non valet conclusio. Circa
alterum illud dictum Matth. X. 19, 20. monent id
plane huc non quadrare. Ibi namque agitur de ora-
tionibus in foro habendis, non autem de scribendis

is, quæ ad religionem pertinent. Addunt nonnulli, promissum heic Spiritum, sensu figurato, significare affectum mentis intrepidæ, constantis ac firmæ, quo pios confessores, vel ex ordinaria Spiritus Sancti gratiâ, animatum iri Christus sposondit. Deinde operose negant, præmeditationem, studium ac industriam in componendis ac scribendis libris sacris neutiquam fuisse perpetuò suspensam, aut exinde sublatam & remotam, ob intervenientem *προφητίαν*. Posse enim quem alieno impulsu suscipere in se laborem scribendi, & nihilominus in scribendo industriam suam exercere. Industriæ humanæ exemplum manifestum adesse in Davide, qui *Psalmos* sacros aut *versus* secundum seriem alphabeti Hebraici elaboraverit. Immo Apostolos, suo & exemplo & testimonia, quod omni exceptione majus est, demonstrare atque confirmare, quomodo multa disceptatione atque diligent meditatione ipsimet cognoverint ac dijudicaverint quæstiones religionis, easdemque sua simul ac Spiritus Sancti auctoritate munitas litteris consignarint. Actor. XV. 7-28. Porro ex Historiæ Ecclesiastice monumentis fide dignis singulatim ostendi posse certas occasiones & rationes, quibus, ad Evangelia ex. gr. conscribenda, inducti fuere Evangelistæ; adeo ut nullum sit dubium, quin re deliberatâ calamum sumserint. Denique a natura rei sanctissimæ abhorrire id, quod urgent multi sententiam contrariam defendantes, nimirum quod præter ministerium oris aut calami nihil plane unquam in rem contulerint scriptores sacri. Hoc quidem po-

ni posse de asina Bileami aut de impio Caipha prophetante, id vero placulum mereri, si perinde pronuntietur de omnibus S:æ S:æ auctoribus, quos lectione ac intelligentia legis ac Prophetarum, in cognitionem veritatis per Spiritum Sanctum ductos esse omnes sani consentiant. Verum enim vero quod attinet argumenta, quibus universalitatem ~~prophetias~~ ab altera parte probari diximus, si in compendium redigantur adversantes sententiæ, huc fere redeunt.

¶ Scilicet ad primum argumentum respondent, vacillare istam *argumentationem a minori ad majus*. Diversa enim res sunt, defendere ac propulsare injuriam in foro, & conscribere libros doctrinales privatum atque in loco quietis & tranquillitatis pleno. Necesse erat Apostolis, dum apud judices deferebantur, ut ex tempore ad quæstiones captiosas ac inopinatas responderent. Idem cum se detendebant, patienter non audiebantur; verum judices injusti principiebant apparitoribus, ut percuterent ora defendantium. Igitur Apostoli vel solo aspectu judicatorii non potuere non terreri & penitus perturbari, nisi quounque modo divinitus suffulcirentur. Ast circa scriptiōnem librorum his incommodis non premebantur. Quis itaque non videt, *argumentationem per minus ac majus* ex hisce principiis in sensum plane contrarium verti. Præterea urgent illos non rite aestimare *objecta sapientiae divinæ*, qui argumentando *a minori ad majus*, tanquam ad bilancem, necessitatem miraculi examinare audent. Duæ enim res perpendendæ hic suat: unius sanctæ catholicæ ecclesiæ prima

constitutio, atque ejusdem ulterior conservatio. Ad illam pertinebat Apostolorum immediate vocatorum oralis prædicatio, atque doctrinæ per varia miracula facta confirmatio; ad hanc potissimum referenda est scriptio librorum sacrorum, qui ad perennitatem reipublicæ Christianæ valent. Si vero jam fas est nostræ rationis decempedâ metiri res tantas, dicendum est primam constitutionem reip. Christianæ majorem gradum miraculi arguere, quam subsequentem ejus conservationem; sic namque respubliæ civiles non nisi magnâ virtute primò constituuntur, quæ tamen deinde parva sapientiâ reguntur. Ergo dicendum potius esset, majorem fuisse afflatus divini necessitatem in prima suggestione prædicationis oralis, quam in subsequentे scriptione. Atque sic denuo concludunt, argumentationem istam, a minori ad majus claudicare. 2:o Circa alterum argumentum, quod fundatur dicto 2. Tim. III, 16, variis varie se explicant. a) Alii mox restringunt hoc dictum ad solos libros veteris testamenti, quia in versu præcedente dixit Paulus *sacras litteras*, quas ab *infantia* noverat *Timotheus*. b) Alii putant, denominatione facta a potiori, omnem scripturam dici *γράμματα*, quatenus, non quidem tota S:a S:a, sed præcipue ejus partes pendant ab immediata revelatione. γ) Alii dicunt particulam και ante vocem *ἀφέλιμος* insertam esse, in favorem hypotheseos. Ista igitur particulâ omisiâ, sensum dicti genuinum sua sponte se prodere. scil. non collective omnem scripturam esse *γράμματα*, sed *specificative* omnem scripturam *γράμματα*, h. e. illam,

quæ talis est, esse utilem ad doctrinam, ad redargutionem &c. Multa enim existere scripta, quæ sic non sunt utilia ad doctrinam, redargutionem &c. ex. gr. illud Paulinum 2. Tim. iV. 13. *Penulam, quam reliqui in Troade apud Carpum, quum veneris, adfer;* quod quidem manifestò non sit utile ad doctrinam, redargutionem &c, neque proinde sit ~~esse~~ ^{esse} ~~utile~~ ^{utile}. 3) Alii concedunt, universaliter sumi assertum Pauli; sed non tamen de forma, verum de sola materia Sæ Sæ intelligendam esse ~~procreari~~ ^{procreari}. Quemadmodum enim vox scribere, non semper admittit sensum propriissimum, sed plane respuit actionem formalem externam, ex. gr. Luc. X. 20, *nomina vestra sunt scripta in cælis.* Psalm. LXIX. 29. *Delean- tur e libro viventium:* & cum iustis non scribantur. 2. Cor. III. 2. *Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris;* Sic quoque vox Scriptura non semper involvit externam vel physicam conditionem scriptoris, sed ipsas potius denotat veritates vel ideas, quæ verbis scriptis representantur. Hunc tam sensum innuit vox scribere 2. Cor. I. 13, *non enim alia scribimus vobis, quam quæ legitis, vel etiam cognoscis:* id est, nihil insidiose, subdole & astute, vobis in agimus: quasi aliud quid recondito quodam sensu agatur, quam quod mox prima statim lectione, ex nativo verborum sentu intelligatur. Immò vocabulum *scriptura* similiter de sola materia hand raro adhibetur, ex. gr. *Scriptura conclusit omnia sub peccatum.* Gal. III: 22. Quod autem in loco, de quo quæritur, hic sit sensus vocabuli, id facile

cile ac luculenter ostendi posse existimant. Ponunt scilicet *Ιερονύμος* esse etiam libros sacros translatos in alias linguas, quatenus quidem translatio sit perfecta, adeo ut eundem plane divinitus intentum sensum fundant verba DEI, quæ aliena lingua exprimuntur, quem fundunt lingua originali. Nisi enim hoc concedatur, dicendum erit Biblia Germanica, Latina aut Gallica non posse continere genuinam S:m S:m. Quia autem hoc opinantur concedendum omnino esse, rejiciendam puntant illam interpretationem, qua quis dicat *Ιερονύμον* sic inhærere ductibus & characteribus litterarum Hebraicarum vel Græcarum atque verbis inde compositis horumque constructionibus, ut ab iis divelli nequeat; quemadmodum dicant, necesse est, omnes illi, qui urgent formam scripturæ necessario pertinere ad *Ιερονύμον*. Hinc itaque concludunt, Paulum heic laudare *Ιερονύμον* Scripturam, non quoad formam, sed quoad materiam.

•) Alii denique respondent, verba hæc Pauli pressæ non esse sumenda, absque omni limitatione; neque illos ipsosmet id agere, qui vulgo passim omnem horum verborum restrictionem accerrime impugnant; sic enim mox prodire sensum, qui omnium consensu abhorreat ab Apostoli intentione. Dari namque etiam scripturas profanas; ideoque Pauli assertionem de omni omnino scripture non esse intelligendam. Neque raro evenire, ut propositiones scripturarioræ, generaliter formatæ, specialiter sint explicanda, ex. gr. Luc. II. I. πάσα ὁμοίων dicitur, & quædam eius pars intelligitur. Ergo & sensum phraseos: πάσα

yea^r, similiter esse limitibus circumscribendam. 3:0
 Ad argumentum petitum à fine S:æ S:æ, quasi non
 esset sufficiens certitudo doctrinæ salutiferæ, nisi o-
 mnes sacrorum voluminum partes, atque omnia ver-
 ba & singuli quoque apices per miraculum sint
 suggesta omnibus scriptoribus sacris, etjam illumina-
 tissimis atque rerum sacrarum peritissimis, diversi-
 mode itidem respondent. Alii nimirum dicunt cer-
 titudinem & auctoritatem doctrinæ mysticæ sa-
 cræ, quam revelari miraculose oportebat, non de-
 pendere a rebus historicis aut moralibus, experientiâ
 aut ratione cognoscibilibus; ideoque nullatenus ne-
 gari ~~esse~~ doctrinæ istius sublimioris, licet hæc
 vulgaria dicantur sic esse scripta, ut fuere cogni-
 ta. Alii assertunt, Spiritum Sanctum modo extraor-
 dinario atque immediato afflatu suggestisse conce-
 ptus veritatum scribendarum quarumvis, simulque
 gratiâ sua ordinaria sic adstitisse scribentibus, ut
 verbis idoneis, sed suis tamen, conceptus sugge-
 stos, sine omni errore, litteris tradiderint. Igitur quia
 spiritus Sanctus sic præstitit illos immunes a lapsu,
 quod attinet ad sensum scripturaræ; illos frustra esse,
 qui heic certitudinem desiderant. 4:0 Palma-
 rium contra immediatam suggestionem verborum
 argumentum est, quod ex diversitate stili penes
 diversos auctores facros, itemque ex compa-
 ratione ejusdem cum stilo auctorum profanorum
 formari ac urgeri solet. Est cuivis Auctor i-
 suus peculiaris stilos pro ratione ac diversitate inge-
 nii. Sic qui habet animum doctrina excultum, is-
 cul-

cultiore utitur stilo, rudior rudiore; aliter is scribit, qui animum habet humiliter modestum; aliter is, qui animo gaudens erectioni ad quævis alta aspirat. Hinc fit, ut ex diversitate stili, diversi auctores dignoscantur. Quia igitur, tantum non omnium consensu unanimi, quoad stilum, sunt discrimina librorum sacrorum; concludunt, dari quoque discrimina Auctorum; ac proinde unum Spiritum Sanctum DEUM non immediate suggestisse verba, phrases &c. ad stylum pertinentia. Quod attinet vel ad dicta ista, in quibus S:a S:a dicitur verbum DEI, sermo DEI, eloquia DEI, &c. vel ad locutiones, Sic dixit Jehovah, dixit Jehovah ad me, Jehovah loquitur, Dominus IESUS dixit &c; quibusque a parte contraria solet probari, scriptores sacros non suisse auctores sed instrumenta scribendi; ad ista cuncta respondent saepius jam allatâ distinctione materia & formæ, h. e. verbum DEI, sermonem DEI &c. in ipsis locis quoad materiam, non quoad formam, intelligi debere. In probationem hujus explicationis producunt diversa dicta S:æ S:æ, in quibus introducitur quædam persona unam eandemque, quoad sensum, orationem habens, sed aliis verbis, aliave verborum constructio- ne formatam: ex. gr. de Christo instituente S. cœ- nam sic scribit Matthæus, Cap. XXVI. 27, 28. Λέγω
τις ἐξ αὐτῶν πάρει. Τέτο γάρ εἰ τὸ ἀμάρτυρον, τὸ τῆς
καυνῆς διαθήκην; quam orationem, in ipso institutio-
nis actu semel & quidem unâ quâpiam formâ ver-
borum habitam, aliter profert Paulus 1. Cor. XI. 25.
bis verbis: Λέγω, Τέτο τὸ πεπίστολον, η καυνὴ διαθήκη.

ὅτινεν τοῦ εἰωνοῦ αἴματος Τότε παντεῖτε, ὁπόκεις ἀντὶ πίνητε. Vera narrat Matthæus; vera narrat Paulus. Ait fieri potest, ut in ipso facto neutrius verbis formalibus quoad omnia usus sit Christus, sed sic forte dixerit, quemadmodum refert Lucas c. XXII. 20. Ergo dum legitur de Christo, quod is fuit *λέγων*, *dicens*, *sermonem habens*, *verba faciens*; id non alter accipiendum est, quam Scripturæ exemplis convenit; non præcise vel necessariò de *forma* orationis aut verborum, sed potius ac imprimis de *materia*; non de vocum sonitu, sed idearum *communicatione*; non de signo, sed de re signata. Cum igitur æquipollentia sint verba, in hoc quidem exemplo illud *λέγων*, atque illa reliqua *sermo DEI*, *verbum DEI*, *hic dixit Jehovah &c.* acriter instant, ex hujuscemodi exemplis evidenter patescere, non *formam*, sed *materiam orationis* Spiritui Sancto, quatenus est auctor S:æ S:æ, in dictis Scripturæ a parte contraria allatis tribui. Denique quod Spiritus Sanctus dicatur stilum accommodasse ad ingenia Scriptorum, id sic interpretantur, quasi dicatur Spiritus S:æ eadem dictasle verba, quibus Scriptores ipsimet, absque dictamine, conceptus inspiratos descripsissent; ideoque præter rem extraordinarium tale miraculum dictaminis ponit. 5:0 Quomodo quintum argumentum diluere nitantur, facile intelligitur ex iis, quæ ad argumentum quartum sunt responsa. Exemplis nimirum demonstrant, eandem rem diversa verborum forma omnino legi expressam. 6:0 Argumentum sextum pro mera conjectura & quidem alienigena habent.
 Quo-

Quomodo serra disputationis hujus porro soleat reciprocari, id quidem quadantenus poterit intelligi ex his fundamentis utrinque positis, quæ sic leviter descripsimus. Cum vero ampliorem hujus controversiæ narrationem exhibere non jam liceat (qq); restat ut quid nobis hac de re videatur, tandem paucis explicemus; quod quidem posteriore dissertationis parte fier.

(qq) Quandoquidem prolixitate rei impedimur integrum controversiæ hujus historiam tradere, indicandi minimum sunt nonnulli fontes, ex quibus eadem vel hauriri vel investigati queat. Est autem primo heic loco commemorandus *Risharaus Simonius Congreg. Orat. in Gallia Presbyter, vastæ eruditione Criticus*, qui Seculo superiori, paradoxum quoddam adornavit systema de Inspiratione S:æ S:æ hujusque auctoribus, quos in Veteri Testamento fuisse scribas publicos in gente Hebræa, continua successione ordinatos posuit. Ex variis hujus auctoris operibus, quæ præsentem materiam concernunt, sufficiat imprimis citasse *Reponse au Livre intitulé Sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l' Histoire Critique du Vieux Testament*, chap. V - - - XIII. item, de *L' Inspiration des Livres Sacrés : avec une Réponse au Livre intitulé : Defense de sentimens de quelques Theologiens de Hollande &c.* nec non illud opus, quod supra citavimus §. V. lit. nn. Huic auctori litem mox movit *Lud. Ell. du PIN Theol. Paris. in Dissertatione prælim. Bibliothe. script. ecclesiast. atque denuo in prolegomenes sur la Bible*. Eundem quoque aggressi sunt latitantes sub titulo *des quelques Theologiens de Hollande*, quorum scripta critica in titulis modo citatorum operum Simonii nominantur. Ut

causam suam contra hos Hollandos vindicaret Simonius, remotis velamentis, prout erat ingenio supra modum *auas*, aperto Marte, Jo. Clericum & Natal. Alb. Verseum tanquam hostes profisos impugnat, uti patet ex citatis locis. Utique autem huic parti litiganti communem hostem se præbuit Job. Henr. Majus Theolog. Giess. in Dissert. de *Inspiratione Librorum Sacrorum P. Richardo Simonio*, e-jusque adversariis, Theologis quibusdam Batavis Anonymis ante hac opposita. Circa hanc Maji Dissertationem non possumus non notare, atque lectori dijudicandum relinquere, quomodo Auctor primo assumit (§. VII.) quoddam argumentum adversariorum Batavorum, his nimis ruris verbis: *Psalmos aut versus, secundum seriem Alphabeti Hebreici compositos, videri plus otii, meditationis & laboris requiri possunt*; atque deinde ad idem argumentum singulatum respondet (§. sequ.) his verbis: *investigatio, meditatio & labor omnis denegari Prophetis haud potest, quia, Petro teste, ἐγενέντος και ἐγενέντος περι της εἰς οὐαὶ Χριστοῦ Φυνώσαντος; tum vero, paucis interjectis, addit: quia David dixit, vocem Spiritus S. (דָּבָר) in vel super lingua sua fuisse, - - - - - satis perspicue indicat, se ministerium tantum oris præbuisse Spiritui.* Est vero heic quoque citandus Jo. Georg. Walchius, qui in sua *Bibliotheca Theologica Selecta Tom. I. c. II. §. II X.* magno numero recenset Sacrorum nostrorum Doctores illos, qui de hoc sanctioris doctrinæ capite singularia scripta composuerunt. De cetero consule, sis, Dominum Thom. Staikloue, qui hanc materiam tractat in *Vorläufige Einleitung zur Bertheidigung der Bibl. Geschichte*; item in *Vorläufige Einleitung zu den biblischen Geschichten des N. T.* Extant haec *Introductiones* in ejusdem Bertheidigung der Biblischen Geschichte und der darauf gegründeten Religion Tom. I. & VI.

D: num D: av: Collier, in Einleitung zum Wichtigsten Ver-
 stande und rücksichtiger Lsung der Heiligen E:hrift. Erste Abs:
 heil. c. 2; quæ introductio habetur in Tom. 8. citati ope-
 ris Stackhoussi. D: num Jac. Saurin, qui in introauctio:nis, præ-
 trissæ operi Betrachtungen über die Wichtigsten Begeben-
 heiten des Alten und Neuen Testaments, parte 2:da Von
 Götlichen Ursprung der H. E:hrift, de hac te agit. D: num
 Phil. Doddridge S. Th. D. & Refor. Presbyt. Northampton.
 in Abhandlung von der göttlichen eingebung des Neuen Testa-
 ments, bewiesen aus den Begebenheiten, welche in den His-
 torischen Bücheren derselben erzählt werden. Exstat hoc o-
 pusculum præmissum Tom. XII. Bibliorum Telleri, quorum
 coniunctio debetur Jac. Pruckero. Additus de hoc citato
 opusculo judicium viri celeb. Frie:ar. Eberb. Rambach:it: Diese
 se materie hat erst neulich der unter uns nicht mehr unbekan-
 te Herr Doddridge gar ausführlich abgehandelt, und meines
 erachtens die sehr nöthige mittelskrake zwischen zweien abwe-
 gen beobachtet, auf deren einem zu viel auf dem andern a-
 ber zu wenig Von der Göttlichen Eingebung gesaget wird.
 in notis ad Th. Stackh. Vertheid. der Bibl. Gesch.

T. I. p. m. 65.

Errata.

- Pag. 3 Lin 26. leg multarum. p. 9. l. 17. l. stimulandos.
 p. 19. l. 30. l. agnoscat. p. 20. l. 15. l. postponendam.
 p. 21. l. 20. l. oss p. 41. l. 24. l. valeret. p. 42. l. 13.
 l. Hussitarum. p. 43. l. 18. l. ipsemem. p. 48. l. 26. l.
 privilegiis. p. 50. l. 22. l. ergo. p. 59. l. 30.
 l. Specificative.



DOMINO AUCTORI;
Amico Honoratissimo.

ל הרבוּם כחובים בלא פְרָתָה יְהוָה אֹור וְאֶמֶת
הַמֵּחַ וְכָל עֲוֹרָתָ שְׂרוִי כְּמוֹ צָרָ לְוֹתָתָ לְעוֹלָם
טוּבָתָ פָּאָרָה הַן לְהַשְׁכֵל חַמְסָרוֹתָ הַחַשָּׁךְ וְפֻוְתָחָתָ
עֲנוּנִים כְּשָׁפֵן עַל כֵּן יַצְלָחָה אַישׁ חַפָּץ כְּהַן אֵין לוֹ מַחְסָוָר
כִּי וַעֲשָׂרָתָ וְהַהְהָה עַשְׂרָתָ גְּרוּל בְּמַקְדְּשׁוֹ יְהוָה אֶל חָקָ
מַמְּאָץ לְכוֹ בְּכָל אַרְהָה וּפְעָמִיו בְּלָ נַטּוּתוֹ כִּי עַל
מַעַוזׁ יְשֻׁוָּתָ מַחְסָהָרָ מַפְקוֹרָ חַיִּים יִשְׁתַּחַתָּ בְּכָל יִטְיוֹ
וְיְהֹוָה בְּרוֹחַ חַקְוּשׁ פּוֹתָחוּ לְכָל וּרְשָׁאוֹ הַנָּהָתָתָ
רְעֵי נַחַב בְּנָאָהָבִים בְּכַתְבָּה תֹּהֶה חֹוֹרִיתָ אֶת אַרְחָותָ
מִשְׁרוֹ לְבַקְשָׁתָ מַנוֹּחַ וּוְלְדָרָ וְאַמְנוֹנָתָ חַקְרָשָׁ הַרְאִיתָ עַרְ
אֶמֶת אֶתְהָ וְשָׁכָר אֶמֶת וְתַן לְךָ יְהֹוָה כֹּובָחָסְרוֹ
הָוָא נַתֵּן שָׁלָג כַּצְמָר וּוְמָלָא לְבָךְ כָּל טָוב יוֹזְחֵירָ
עַלְךָ שָׁמַשׁ שְׁמָחוֹתָ תְּמִיד וּבְאַחֲרוֹתָ יְמִינָךְ כְּבָדָ וְהַרְ
יַעֲטָרָן כֵּן יִעָשֶׂה לְכָל יוֹאָוּ בְּרוּךְ הוּא לְעוֹלָם
אמֵן וְאֶמֶן

Gratolatur
MICHAËL AVELLAN.